






t. Et Ev. Dom. in

Dom. In Hym

tus...

iq. ad Nives dx m

Cis. Credo. Praef B

te seq. com. proc

e Hymn. Complt. et p. ho
hodie. et

. J. C. dx. m. c. alb. O

get. com. SS. Mm.

ivit. In 2. Vesp. com

c. alb. L. 1. N De Do

2. Rz. Iste Sanctus

t. com S. Donati E

2. Vesp. ad Magn.

Offm. Defunctorum

Mm. sdx. c. rub. Lec. 1.

uffr. ad Prim. prec

MANUALE PIETATIS

PRECES MATUTINAS
&
VESPERTINAS,
PRAXIM SACRÆ SOLITUDINIS
seu
RECOLLECTIONUM
Spiritualium cum fructu salutari absolvendarum; Instructionem ac Præparationem ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium; Devotionem ad S. Joannem Cantium & alios SS; Monita ad Confessarios ac Assistentes infirmis; Benedictionem & Absolutionem in articulo mortis; Resolutiones in materia jejunii; Orationes, ante & post auditas Confessiones, & alias pias Precationes; demum Monita S. Angeli Custodis pro conservanda Castitate.

COMPREHENDENS

Ad usum,
Seminariorum Academicorum
Permissu Superiorum
REIMPRESSUM.

CRACOVIÆ. A.D. 1788.

Typis Scholæ Principis Regni Universitatis Crac:

1. Ad hoc, ut fructuosa sit *meditatiô*, oportet ut sequatur *orationis* devotio. *S. Augustinus. De Scala Paradisi. cap. 10. Tom. 9.*

2. Magistra *Orationis mentalis* S. Theresia asserit; *non necesse dæmoni ut capiat, ad infernumque pertrahat, nam absque meditatione, Sacerdos ipse se mittit in barathrum. lib.* Instructio in spiritu. *pag. 95.*

3. Gerson Doctissimus de medit. Consid. 7. ait: *absque meditationis exercitio, nullus seclusô miraculô Dei ad Christianæ Religionis normam pervenit. lib. cit. pag. 97.*

4. Pius V. Pontifex ait: *Dentur idonei Confessarii; ecce omnium Christianorum plena reformatio. lib. cit. pag. 71.*

5. *Ex inordinatis & indisciplinatis Sacerdotibus hodie datur ostentui nostræ Redemptionis Sacramentum Venerabile;* dum scil: cernuntur, minùs per quartam horæ partem, Missam transcurrentes. *Petrus Blesensis. Epist. ad Richardum. lib. cit. pag. 17.*

6. Ecclesia Cæremonias adhibuit, ut Majestas tanti Sacrificii commendaretur, & mentes Fidelium per hæc visibilia Religionis signa, ad rerum altissimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur. Concil. Triden. *Sess. 22. c. 8 de Reform.*

7. S. Theresia dictitabat, mortem se esse paratam oppetere pro Cæremoniis Ecclesiæ. Et Sacerdos eas contemnit negligendo? *lib. cit. pag. 16.*

PRÆ-



PRÆFATIO

Summi Sacerdotis Domini Noſtri

JESU CHRISTI

Ad Sacerdotes & Clericos Eccleſiæ Suæ.



Piſcatores hominũ Sacerdotes mei,
Præcones veridici, Lucerna diei.
Charitatis radiô fulgentes & Spei,
Auribûs percipite verba oris mei.

Qui in Sanctuario mihi deſervitis;
Cavete ne ſteriles & inanes ſitis,
Sed fructum afferatis, ſi me diligitis,
Et mecum perpetuò vivere velitis.

Vos eſtis Catholicæ l gis Protectores;
Sal terræ, Lux hominum, Ovium Paſtores,
Muri Domûs Iſraël, morum Correctores,
Vigiles Eccleſiæ, Gentium Doctores.



Si legis protectio cadat, lex labetur,
Si Sal evanuerit, in quo ſalietur?
Nisì lux appareat, via neſcietur,
Et ni Paſtor vigilet, Ovile frangetur.

Vos cæpiſtis Vineam meam procurare,
Hanc Doctrinæ rivulis, debetis rigare,
Spinas atque tribulos prorsus extirpare,
Ut radices Fidei poſſit germinare.

Vos eſtis in area boves triturantes,
Prudenter à paleis grana ſeparantes,
Vos habent pro ſpeculo, legem ignorantes
Populi, qui fragiles ſunt & inconſtantes.

Quidquid vident Laici vobis diſplicere,
Dicent procul dubiò ſibi non licere,
Et quidquid vos opere vident adimplere,
Credunt eſse licitum & culpa carere.

Cùm Paſtores Ovium ſitis conſtituti,
Non eſtote deſides ſicut canes muti,
Vobis non deficiant latratus acuti,
Lupus rapax invidet Ovium ſaluti.

Gratia Spiritali nolite privare
Oves ſibi commiſsas neque defraudare,
Sed omnibûs diebûs pro illis litare,
Pro ſalute populi, Deum exorare.

Grex fidelis triplici cibô ſuſtinetur,
Meo ſacro Corpore, quo quidem augetur,
Sermonis compendio, quod diſcretè detur,
Ciboque Corporeo, ne periclitetur.

Ovi-

Ovibus tenemini veſtris prædicare,
Sed quid, qualiter, ubi, quando, atq; quare,
Debetis ſollicitè præconſiderare,
Ne quis in officio dicat vos errare.

Spectat ad officium veſtræ Dignitatis,
Omnibus petentibus mea dare gratis,
Nec cujusquam hominũ munera prendatis,
Ne, cum Giezi pariter lepram incurratis.

Gratìs Euchariſtiam plebi miniſtrate,
Gratìs & abſolvite, gratìs baptizate,
Vobis data cælitus, cuncta gratìs date,
Oviumque ſalutem ſedulo curate.

Veſtra converſatio ſit religioſa,
Munda conſcientia, vita virtuoſa,
Munduſque ſit habitus, & mens gratioſa,
Nulla vos coinquinet labes criminoſa.

Nullus faſtus elevet ad id, quod non eſtis,
Gravis in intuitu habitus ſit teſtis,
Nihil vos illaqueet curìs inhoneſtìs,
Quibus Claves traditæ ſunt, Regni Cœleſtis.

Eſtote breviloqui, ne vos ad reatum
Protrahat loquacitas nutrix vanitatum,
Verbum quod loquimini ſit abbreviatum,
Nam in multiloquio non deeſt peccatum.

Eſtote benevoli, ſobrii, prudentes,
Juſti, caſti, ſimplices, pii, patientes,
Hoſpitàles, humiles, ſubditos docentes,
Conſolantes miſeros, pravos corrigentes.

Nam

Nam si sic gesseritis Curam Pastoralem,
Vereque vixeritis vitam Spiritalem,
Postquam exueritis chlamydem carnalem,
Ipse vobis conferam Stolam immortalem.

SPIRITUALIS VITÆ
Institutio.

Quemadmodum credis, vivis.
Quemadmodum vivis, morieris.
Quemadmodum morieris, judicaberis.
Quemadmodum judicaberis, permanebis.

In Cœlo, ad præmium.
In inferno, ad supplicium.
In utroque loco, in perpetuum.

Quapropter.

Non omnia crede, quæ audis.
Non omnia fac, quæ vales.
Non omnia dic, quæ scis.
Non omnia desidera, quæ vides.
Non omnibûs utere, quæ habes.
Non omnia ostende, quæ nôsti.
Non judica alios, sed te ipsum.

Cura te, & cura tuos.
Tibi prospice & aliis.
Rectè fac & cave tibi.

SACER-

SACERDOTALIS VITÆ EPITOME.

Sacerdos debet esse Christi Alumnus.
A peccatis segregatus, (lator.
Rector non Raptor, Speculator non spicu-
Dispensator non Dissipator.
Pius in Judicio, Justus in Consilio,
Devotus in Choro.
Stabilis in Ecclesia, Prudens in lætitia,
Sobrius in mensa. (tione.
Assiduus in Oratione, Humilis in Congrega-
Purus in Conscientia. (tate.
Patiens in adversitate, Constans in prosperi-
Virilis in contritione.
Dives in virtutibus. Expeditus in actibus,
Sapiens in sermone, Verax in prædicatione.

DE MUNDI CONTEMPTU

S. Bernardi, Versus.

Si mihi sint vires, & prædia magna,
Auri sint species, argenti massa,
Si mihi sint nati de Regis stirpe,
Longus servorũ mihi serviat ordo,
Si doceam Socios in qualibet arte,
Et rota fortunæ me extollat ad astra,
Si felix annis regnavero mille,
} Quid inde.
Jam citò prætereunt hæc omnia, quod nihil inde,
Serviat ergo DEO omnis homo, quia sit satis inde.

MOTI-

MOTIVA AD LEGENDUM
& *Discendum.*

Attende Lectioni, Exhortationi & Doctrinæ 1. *Timoth:* 4.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. *Joan:* 5.

Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini Exercituum est. *Malach:* 2.

Interroga Sacerdotes Legem *Aggæi.* 2.

Quia tu Scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. *Oseæ.* 4.

Propterea captivus ductus est populus, quia non habuit scientiam. *Isa:* 5.

Si quis ignorat, ignorabitur. *Corint:* 14.

Audite disciplinam, & estote Sapientes. *Prov:* 8.

Ignorantia Sacerdotibus ut pestis abjicienda. *S, Isidorus: dist:* 37. *c. Ideo.*

Non sufficit Sacerdoti innocentia, sinè scientia. *S. Hieron. ad Fabiolam de veste Sacerdotali. Et in Aggæi. c.* 2. Et *S. Greg: Nazian: in Apologetico:* Si in Laicis vix tolerabilis videtur inscitia, quantò magis

in

in his, qui præſunt? nec excuſatione digna eſt, nec venia. *S. Leo diſt: 38. c. eodem.*

S. Iſidor. de ſummo bono l. 3. c. 35. inquit: Sicut iniqui & peccatores, miniſterium Sacerdotale aſsequi prohibentur, ita indocti & imperiti à tali officio retrahuntur: illi enim exemplis ſuis vitam bonorum corrumpunt; iſti verò ſuâ ignaviâ iniquos corrigere neſciunt. Quomodo docere poterunt, quod ipſi non didicerunt? deſinat locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere. Cæcus enim ſi cæco ducatum præbuerit, ambo in foveam cadunt. *Mat: 15.*

Motiva ad Orandum.

Sinè intermiſſione orate. *1. Theſ: 5. v. 17.* Orate, ut non intretis in tentationem. *Math: 26.*

Oportet ſemper orare, & non deficere. *Luc: 18. v. 1.*

Orationi inſtate, vigilantes in ea. *Coloſ: 4.*

Orantes omni tempore in ſpiritu. *Epheſ: 6.*

Obſecro primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibûs. *Timoth: 2.*

Orate pro invicem, ut ſalvemini. *Iacob: 5.*

AD

AD ORATIONEM ACCEDENDUM, IN EAQUE MANENDUM SIC:

Sta in Orationis prece tremens, nec aliter quam reus coram Judice, ut & interiori & exteriori habitu favorem justi Judicis concilies. *Joannes Climacus. Gradu 7. de luctu gaudii opifice.*

Si quis coram aliquo Principe stat & ipsum alloquitur, magno cum metu stat, quantò majore cum metu trepidationeque censendum est oportere vos stare in conspectu DEI, tota mente in unum illum intenta, neque usquam aliò? cùm ipse, non hominis partem illam quæ foris apparet, ùt homines faciunt, sed illam etiam, quæ intus occulta oculorum aspectum fallit, clarissimè pervideat. *S. Basil: c. 2. de instit. monast:*

In sola religiosa cogitatione, totus debet Spiritus occupari, ne mens divisa effectum nequeat impetrare, quem postulat. *Cassiod. super Psalm: 118.*

DEUS vult rogari, cogi, & quadam importunitate vinci.

Ideo tibi dicitur: Regnum Dei vim patitur & violenti rapiunt illud. Esto ergo sedulus in oratione, esto in precibus importunus, cave ne ab oratione defici-

ficias. Si dissimulat audire quem rogas, esto raptor ut Regnum Cælorum accipias: esto violentus, ut vim etiam ipsis inferas Cælis. Quid hác rapina locupletius? Quid hàc gloriosius violentia? Bona violentia, qua Deus non offenditur, sed placatur: proximus non læditur, sed juvatur, peccatum non multiplicatur. Bona violentia, quà non quæritur lucrum citò periturum, sed Regnum acquiritur sinè fine mansurum. *S. Greg: in Psal: 6. Penitentialem.*

Magna, à se peti, vult Deus.

Regnum Cælorum pete tantummodò, & necessitatibus corporis tui, ipse ut dixit, providebit. Munificentissimus est enim idem & augustissimus Rex noster, & indignè fert, quandocunque quis exiguum à se aliquid petit, quandocunquè quis nostrûm de rebus minimè ipsi convenientibus rogat. Noli igitur tibi illum oratione tua iratum facere, sed ea petito tibi quæ digna sunt & Rege & Deo. Hæc autem petens ab Eo, ne priùs recesseris, quàm quæ petis impetraveris. *S. Basil: de Constit: Monast: C. 2.*

Orati-

Orationis commendatio, epitheta, effectus.

Magna arma ſunt preces, magna ſecuritas, magnus theſaurus, magnus portus, refugii locus; modò ſobrii, & undequaque mente noſtra collecta, inimicoque noſtræ ſalutis nullo aditu permisso, Dominum adeamus. ſcit enim hoſtis noſter &c. *S. Chriſoſto: hom 30. in Gen:* quam legèſis. *Effectus Orationis* varios vide apud S. Bonav: de proceſsu 7. Relig: c. 9. cum ſequentibus.

De eadem Oratione.

Oratio Sancta, columna ſanctarum virtutum, Deitatis ſcala, viduarum maritus, Angelorum cognata, fundamentum fidei, Monachorum corona, conjugatorum levamen, beatus qui te amat, beatior qui te frequentat, beatus qui te adſtringit, ſed beatior qui in te perſeverat, beatus qui tecum lachrymas fundit, quoniam tê holocauſtum ſanctum Deo & immaculatum offerre non dubitamus. *S. Auguſt: ſermo: 22. ad Fratres in eremo. vide Caſſianum. Collat: 9. & 10.*

Galeam ſalutis aſsumite, per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu; & in ipſo vigilan-

tes

tes in omni instantia & obsecratione pro omnibus Sanctis. *Ephes: 6.*

Consurge, lauda nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum. *Thren: 2.*

Rogabitque pro eo Sacerdos & pro peccato ejus, & remittetur ei. *Levit: 4.*

ACTUS
Fidei, Spei, Charitatis & Contritionis

Frequenter in vita, præsertim occurrente tentatione vel periculo mortis, item ante Confessionem, affectuosè eliciendi.

Credo in Te DEUM Vivum & Verum; Trinum in Personis, Unum in Deitate. Credo in Deum Patrem Creatorem, Filium Redemptorem, Spiritum Sanctum Sanctificatorem meum. Credo & confiteor Fidem illam Sanctissimam, quam JESUS Christus docuit, quam Apostoli prædicarunt, quam Sancta Romana Catholica tenet Ecclesia. Et in hac Sancta Salvifica Fide protestor me, vivere & mori velle, quia Tu DEUS illam revelâsti, Qui ut omniscius nec falli, nec ut æterna veritas fallere potes.

Spe-

Spero in misericordia Tua infinita ô Deus Auxiliator unice & potentissime corporis & animæ meæ! & spero in pretioso Sanguine Jesu Christi Salvatoris mei, cum tanta charitate pro me fuso! quòd remissurus mihi sis omnia & singula peccata totius vitæ meæ, & daturus mihi sis vitam æternam! Quia promisisti, & fidelis ac omnipotens es in Tuis promissis adimplendis.

Amo Te ô Amabilissime Deus! Summum & infinitum Bonum, abyssum omnis perfectionis, propter solam Tuam essentialem & intrinsecam bonitatem, pulchritudinem & amabilitatem! quia *Tu es, Qui es*, omni possibili amore & honore dignissimus! Et utinam possem Te amare omni illo ardentissimo amore, quo Te amant & in æternum amabunt omnes Sancti Angeli & Beati in Cælo! quo Te amant & amare possunt omnes creaturæ actuales & possibiles in terra, cum quorum omnium ardentissimo amore conjungo imperfectissimum amorem meum!

Ex hoc conjuncto ardentissimo Tui amore, o Deus! cordicitus doleo, abominor, execror & retracto omnia & singula peccata totius vitæ meæ! utinam facere possem, ut ea nunquam fecissem! malo mori quàm Te, ô

Aman-

Amantissime Deus! posthac unquam ullo peccato, præsertim mortali offendere!

Alia formula Contritionis à Benedicto XIII. Pontifice præscripta.

Deus meus, & Dominus meus! cùm sis Summum, infinitum & perfectissimum Bonum! amo Te super omnia; & ideo me pænitet, ac ex toto corde doleo, quòd Te toties offenderim peccatis meis. Abominor ea & detestor super omnia mala, cum maxima displicentia, & rogo humiliter veniam cum firmo proposito, tua Sancta Gratia auxiliante, Te in posterum non ampliùs offendendi.

Horum Actuum aliæ formulæ breves.

Credo in Te ô Deus Prima Veritas! propter infinitam Authoritatem tuam. Adoro Te propter increatam Excellentiam tuam. Spero in Te propter immensam Misericordiam tuam. Amo Te propter æternam Bonitatem tuam. Doleo ex toto corde, quòd Te Summum Bonum peccatis meis offenderim; emendationem & satisfactionem cum gratia tua propono.

In ingressu Confessionalis.

Confiteor Deo Omnipotenti &c. Confessus sum die N. pænitentiam mihi in-

injunctam adimplevi, *vel &c.* in præterita Confessione prætermisi explicare &c. (*si videlicet post illam Confessionem venit in memoriam aliquod peccatum.*) Accuso me de sequentibus peccatis:

Post Confessionem.

De his atque aliis omnibus totius vitæ meæ peccatis me humillimè accuso, reddo me culpabilem de omnibus negligentiis, omissionibus & imperfectionibus meis, atque ex purissimo Dei amore doleo, propono seriam vitæ meæ emendationem cum Dei adjutorio; peto salutarem pænitentiam & absolutionem.

Indulgentiæ.

Ex concessione Benedicti XIII. die 15. Jan: Annô 1728. & confirmatione Benedicti XIV. Summorum Pontificum, die 28. Jan: Annô 1756. in perpetuum facta, quisque lucratur septem Annorum Indulgentias, quotiescunque prædictos actus, Fidei Spei & Charitatis elicuerit; & si hoc quispiam per Mensem quotidie continuaverit, semel die selecta confessus fuerit & communicaverit, lucratur non tantùm protunc, sed etiam pro hora mortis indulgentias plenarias: quas omnes indulgentias, quisque vel sibi ipsi, vel Animabus in purgatorio applicare potest.

Præci-

Præcipuè DEUS colitur Fide, Spe, & Charitate. *S. Aug. in Enchir. ad Laur. c. 3.*

Actus Fidei, Spei, & Charitatis, debent elici, cùm aliqua tentatione urgemur, nec illam superare valemus, nisi efficacia illorum Actuum. *Bened. XIV. Institut. Eccl: 72, §. 20.*

Si quis diuturno satìs tempore negligit elicere Actus Fidei, Spei & Charitatis, illum versari in periculo salutis æternæ, firmatur. *Idem ibi: §. 21.*

Resignatio in voluntatem Divinam tempore adversitatis.

Dulcissime Domine DEUS meus, memento quæso & considera me pauperem creaturam esse tuam, te vero Dominum & Creatorem meum. Ecce ego me in æquissimum judicium tuum offero, & gratissimæ voluntati tuæ integrè me resigno, paratus hunc & alium quemvis cruciatum quamdiu tibi placuerit, sustinere. Utere me, sicut vis in tempore & æternitate. Quidquid tu Cælestis Pater in me & de me decreveris, facito. Sic enim in te transfusus præstò sum, ut recipiam è potentissima tua manu, quidquid sive blandioris, sive malignioris fortunæ mihi obvenire volueris.

Vis vivam? placet vita. Si mavis moriar? mors non displicet. Si sanum esse jubes? valeam. Si infirmum? mortem jam contempsi, morbos nihil moror. Si opes largiris? accipio. Si repetis? reddo. Si honoribûs cumulas? manum dantis exosculor. Si ignominiâ afficis? non abhorrebo. Solaris mærentem? rideo. Malorum & dolorum nubem offundis? non me terrebit imminens tempestas.

Denique à Te peto hoc unum, custodi me ab omni peccato, & non timebo mortem, nec infernum, dummodo in æternum me non projicias nec deleas me de libro vitæ: non mihi nocebit quidquid venerit tribulationis super me. Et sit nomen sanctum tuum nunc & in æternum super omnia benedictum. Amen.

SALUTATIO SS. SACRAMENTI

Ingressus Templum, dic genuflexus:

O Amantissime Domine Jesu, qui hìc sub mirabili Sacramento contineris, sis in æternum benedictus & ultra, qui me ingratum hucusque tolerasti. Agnosco bonitatem tuam & gratias ago, laudo, glorifico, æternùmque ingeminare desidero

ro, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaòth. In te credo ô ineffabilis Veritas, in te spero ô æterna Bonitas, te amo, ampliùsque amare desidero, ò summa Bonitas! Gaudeo de omni honore Tibi unquam exhibito, compatior de injuriis & diminutione gloriæ tuæ. O si resarcire liceret! placet quod proposui, renovo quod vovi. Utinam & ipse te unquam offendissem: doleo de omnibus peccatis, firmiterque statuo ampliùs non peccare, & præcipuè peccatô N. Insuper statuo omnia in gloriam & complementum tui beneplaciti facere, maxime opus N. sed quia nihil possum sinè te, omnia in te, illumina tenebras meas. Adjuva imbecillitatem, largire gratiam & tuam Sanctam benedictionem. Amen.

Devotio brevis in visitatione SS. Sepulchri Christi, die PARASCEVES.

Tandem Sepulchrô conderis
Defuncte Christe, saxeô!
Meum Tibi cor sternerem,
Sed Tu jaceres duriùs.

Cur hunc capessis exitum
O incapax exordii!
Nostram nisì vis proprio
Humare mortem funere.

 Jesu

Jesu Tibi sit gloria
Pro pœna & ignominia,
Quas innocens pro noxiis
Non horruisti perpeti.

Qui vivis & regnas misericors
Et miserator Dominus,
In sæcula sæculorum. Amen.

CAPITULUM.

In die illa Radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum Gentes deprecabuntur; & erit Sepulchrum Ejus gloriosum.

℟. Deo gratias.
℣. Lapsa est in lacum vita mea.
℟. Et posuerunt lapidem super me.
℣. Adoramus Te Christe, & benedicimus Tibi.
℟. Quia per Sanctam Crucem Tuam redemisti mundum.

Domine exaudi orationem meam
Et clamor meus ad Te veniat.

OREMUS.

Domine Jesu! qui horâ Completorii in Sepulchro quievisti, & à Matre Tua mæstissima, & ab aliis mulieribus planctus & lamentatus fuisti: fac nos, quæsumus, Tuam Sanctissimam Passionem veris lachrymis plangere, nec unquam ea,

per

per quæ iterum crucifigaris, admittere. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Pater noster &c. Ave Maria &c. Credo &c.

Horologium Passionis Dominicæ.

6. Jesus Christus pedes Discipulorum lavans.
7. Se ipsam nobis in Cibum tradens.
8. In Horto orans & Sangvine sudans.
9. A Judæis captus & ligatus.
10. Ad Annam ductus & à falsis testibus accusatus.
11. Alapa coram Pontifice percussus.
12. *Media nocte.* A Petro ter negatus & in Faciem consputus.
1. Ductus ad Caipham.
2. Velatus, & ludibrio habitus.
3. Ad carcerem missus, ibidemque crudeliter percussus.
4. In carcere pessimè à Judæorum ministris tractatus.
5. A Concilio reus mortis proclamatus.
6. Vinctus, ad Pilatum ductus & iniquè accessitus.
7. Ad Herodem missus, ibidemque illusus, ad Pilatum in veste alba remissus.
8. Barrabæ postpositus & flagellatus.
9. Spinis Coronatus, & Rex Judæorum amarô ludibriô salutatus.

10.


10. Ad populum à Pilato productus, & morte acerbissima condemnatus.
11. Crucem bajulans, cui Mater plorans occurrit.
12. *Meridie*, Crucifixus & à Judæis derisus.
1. Septem Verba locutus.
2. Felle & aceto potatus.
3. In Cruce mortuus & lanceâ transfixus.
4. De Cruce depositus, multîs lachrymîs defletus.
5. Sepultus.

Nihil tam salutiferum nobis est, quam quotidie cogitare, quanta pro nobis pertulit DEUS & Homo. S. Augustinus.

Simplex recordatio Passionis Christi, multò plùs valet, quam si quis integrum annum in pane & aqua jejunaret, vel si quotidie virgis & flagellis cæderetur usquè ad effusionem sanguinis, vel si quotidie legeret integrum Psalterium. B. Albertus Magnus.



PRE-



PRECES MATUTINÆ;

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, Qui per diversitatem lingvarum cunctarum Gentes in unitatem fidei congregâsti.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur,

℞. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritûs illustratione docuisti, da nobis in Eodem Spiritu recta sapere & de Ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Laus Sanctissimæ Trinitatis.

Benedicta sit Sancta & Individua Trinitas, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, tres Personæ, unus & solus Deus, nunc & semper, & per infini-

ta sæcula sæculorum. Regi sæculorum immortali & invisibili soli DEO Honor & Gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalm: 116.

Laudate Dominum omnes gentes, laudate Eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt super nos misericordia Ejus, & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio & nunc & ſemper & in sæcula sæculorum, Amen.

Intentio quolibet die facienda.

Domine DEUS, qui es unus in Eſsentia & Trinus in Personis, offero Tibi omnes actiones totius diei hodiernæ, totiusq; vitæ meæ ad ultimum halitum, ad majorem Gloriam Tuam, & ad salutem animæ meæ promerendam. Nolo unquam conſentire in tale aliquid, quod sit, vel cum minima offenſa Divinæ Majeſtatis Tuæ, volo per eaſdem diei iſtius actiones lucrari omnes indulgentias easq; tum in ſatisfactionem meorum peccatorum, tum pro animabus in purgatorio exiſtentibus offero, ac proinde, quia es omni amore ac ſervitiô digniſſimus, amo Te ſuper o-

mnia

mnia ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus meis, Tibiq; Creatori, Conservatori, Glorificatori servire cupio, atq; unice propter tuum amorem de omnibus offensis meis, quibûs te ab instanti usûs rationis meæ usq; ad hanc horam offendi, summopere doleo, peto humillimè veniam, proponoq; firmiter cum gratia Tua nunquam offendendi Tuam infinitam Bonitatem.

Adoratio Cordis JESU cum postulatione.

Adoro, laudo & saluto Te dulcissimum & vernans Cor Jesu Christi, ex quo tanquam ex mellifluo gratiarum fonte omne bonum omnisq; dulcedo effluxit & effluit, & ex totis viribus cordis mei gratias ago, quòd me hac nocte custodieris, ut nihil mihi mali acciderit, Deoq; Patri pro me laudes, & gratiarum actiones persolveris. Et nunc ô dulcis Amor meus, offero Tibi miserum & indignum cor meum, in sacrificium matutinum, & omni qua possum devotione includo, & commendo illud dulcissimo Cordi Tuo, rogans ut Divinas Tuas influxiones illi infundere, atq; sancto Tuo amore ac-

cendere digneris, ut nihil aliud die hodierna, & tota vità ſua amet, nisi solum Te, vel propter Te.

Invocatio JESU Dulciſsimi ad feliciter moriendum.

Domine Jesu Chriſte, per illam amaritudinem, quam pro me miſerrimo ſuſtinuiſti in Cruce, maximè in illa hora, quando Nobiliſſima Anima Tua, egreſſa eſt de benedicto Corpore Tuo, deprecor Te, miſerere animæ meæ in egreſſu ſuo, & perduc eam in vitam æternam, Amen.

Invocatio Beatiſsimæ Virginis MARIÆ.

O Domina mea Sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, ac ſingularem cuſtodiam, & in ſinum miſericordiæ tuæ, hodie & quotidie, & in hora exitus mei, animam meam, & corpus meum Tibi commendo, omnem ſpem & conſolationem meam, omnes anguſtias, & miſerias meas, vitam & finem vitæ meæ Tibi committo, ut per Tuam ſanctiſſimam interceſſionem, & per Tua merita omnia mea dirigantur & diſponantur opera ſecundùm Tuam Tuiq; Filii voluntatem, Amen.

Ange-

Angelus Domini nuntiavit MARIÆ, & concepit de Spiritu Sancto. *Ave MARIA gratiâ plena &c.*

Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundùm verbum Tuum. *Ave MARIA &c.*

Et Verbum Caro factum est & habitavit in nobis, *Ave MARIA &c.*

Tempore verò Paschali.

Regina Cæli lætare. Alleluja.
Quia, quem meruisti portare. Alleluja.
Resurrexit sicut dixit. Alleluja.
Oræ pro nobis DEUM. Alleluja.

℣. Gaude & lætare Virgo MARIA. Al:
℟. Quia surrexit Dominus verè. Alleluja.

OREMUS.

DEUS, qui per Resurrectionem Filii Tui Domini Nostri JESU Christi mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus ut per Ejus Genitricem Virginem MARIAM perpetuæ capiamus gaudia vitæ, Per eundem Christum Dominum Nostrum, Amen.

Oratio ad S. Angelum Custodem.

Angele DEI, qui Custos es mei, me Tibi commissum pietate superna hodierna die illumina, instrue, custodi, rege & guberna. Obsecro Te Angelice Spiritus, Custos ac Tutor meus fidelis,

ut

ut in via pacis, prosperitatis & salutis Te Duce hodie dirigar, atq; ab omni spiritu malo graviq; tentatione defendar; peto etiam te favente mihi auxilium dari, ut secundùm Dei voluntatem vitia fugiam, & virtutes Christianas exerceam, quoadusq; communi nostrûm Domino in Cælesti gloria assistam ac serviam. Amen.

Oratio ad Sanctum Patronum.

O Beatissime N. Patrone mi fidelissime substerno me Tibi in servum perpetuum, commendo vitam, & mortem meam, maximè autem extremum spiritum meum. Obsecro mi Patrone fidelissime per amorem, quo tam ferventer DEO adhæsisti, ut nunc liberari possim à cunctis malis animæ & corporis, ac Te duce & comite securior pervenire merear ad vitam æternam. O DEUS Omnipotens, & misericors, nomen meum mellifluo Nomini Tuo digneris inscribere in libro vitæ, & qui me famulum tuum Sancti Tui N. nomine voluisti gaudere, da ut in omnibus Tibi placitis Ejus vestigiis insistam, & tandem cum Illo Beatissimam Faciem Tuam contemplari valeam, Amen.

LITA-



LITANIÆ

de Sanctiſsimo Nomine JESU.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis DEUS, Miſerere nobis.
Fili Redemptor Mundi DEUS,
Spiritus Sancte DEUS,
Sancta Trinitas Unus DEUS,
JESU Fili DEI vivi,
JESU Fili MARIÆ Virginis,
JESU potentiſſime,
JESU fortiſſime,
JESU perfectiſſime,
JESU glorioſiſſime,
JESU mirifice,
JESU jucundiſſime,
JESU chariſſime,
JESU clarior Sole,
JESU pulchrior Lunâ,
JESU ſplendidior Stellîs,
JESU admirabilis,
JESU delectabilis,
JESU honorabilis,
JESU humillime,
JESU pauperrime,
JESU mitiſſime,
JESU patientiſſime,
JESU obedientiſſime,

Miſerere nobis, ✠ Miserere nobis ✠ Miſerere nobis,

Jesu caſtiſſime,
Jesu amator caſtitatis,
Jesu amator pacis,
Jesu amator noſter,
Jesu ſpeculum vitæ,
Jesu exemplar virtutum,
Jesu decus morum,
Jesu zelator animarum,
Jesu refugium noſtrum,
Jesu Pater pauperum,
Jesu consolator afflictorum,
Jesu theſaurus fidelium,
Jesu gemma pretioſa,
Jesu armarium perfectionis,
Jesu Bone paſtor Ovium,
Jesu stella Maris,
Jesu lux vera,
Jesu sapientia æterna,
Jesu bonitas infinita,
Jesu gaudium Angelorum,
Jesu Rex Patriarcharum,
Jesu Inſpirator Prophetarum,
Jesu Magiſter Apoſtolorum,
Jesu Doctor Evangeliſtarum,
Jesu Fortitudo Martyrum,
Jesu Lumen Confeſſorum,
Jesu Sponſe Virginum,
Jesu Corona Sanctorum Omnium,
Propitius eſto, Parce nobis Jesu,
Propitius eſto, Exaudi nos Jesu.

Miſerere nobis,

Miſerere nobis,

Miſerere nobis


Ab

Ab omni malo, Libera nos Jesu,
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
Ab execranda jurandi consvetudine,
Ab omni perjurio & blasphemia,
Ab insidiis diaboli,
A peste, fame, igne & bello, *hìc repetitur ter.*
A transgressione mandatorum tuorum,
Ab incursu omnium malorum,
Per Incarnationem tuam,
Per Adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per Circumcisionem tuam,
Per cælestem Nominis Jesu impositionem,
Per dolores tuos,
Per flagella tua,
Per Mortem tuam,
Per Resurrectionem tuam,
Per Ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem Mariam Matrem Tuam,
Per intercessionem Omnium Sanctorum Tuorum,
Peccatores, Te rogamus audi nos.

Libera nos Jesu, ✠ Libera nos Jesu, ✠ Libera nos Jesu.

Ut dulcem mellifſui Nominis Jesu memoriam i tabulis cordis noſtri digitô tuô inſcribere digneris, Te rogamus audi nos.

Ut Nomen hoc Sanctiſſimum, & viventes in opere, & morientes in corde & ore habere mereamur, Te rogamus audi nos.

Ut Benigniſſime Jesu nobis ſis Jesus: Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Jesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Jesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis Jesu.

Jesu Chriſte audi nos,

Jesu Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon,

Kyrie eleyſon. *Pater noſter &c.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus, qui glorioſiſſimum Nomen Domini Noſtri Jesu Chriſti feciſti fidelibus tuis ſummo ſvavitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendum,

dum atq; terribile, concede propitius, ut omnes, qui hoc Nomen Jesu devotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in Cælis. Per Eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures Tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit?

Quia apud Te propitiatio est, & propter legem Tuam sustinui Te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo Ejus, speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usq; ad noctem, speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud Eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus Ejus.

Requiem æternam dona eis Domine;

Et lux perpetua luceat eis.

℣. A porta inferi,

℟. Erue Domine animas eorum.

Requieſcant in pace, ℟. Amen.
Domine exaudi orationem meam,
Et Clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

DEUS, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali, ſeu Sacerdotali feciſti dignitate vigere, præſta quæſumus, ut eorum quoq; perpetuo aggregentur conſortio.

DEUS veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam Tuam, ut noſtræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beata MARIA ſemper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis Tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

Fidelium DEUS omnium Conditor, & Redemptor animabus famulorum famularumq; tuarum remiſſionem cunctorum, tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt piis ſupplicationibûs conſequantur. Qui vivis & regnas, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Requiem æternam dona eis Domine,
Et lux pertua luceat eis.

Requieſcant in pace. ℟. Amen.



PRE-

PRECES VESPERTINÆ,

Examen Conſcientiæ

Veſpere, cujuslibet diei cum ſequentibus actibus, abſolvendum.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & Tui amoris in eis ignem accende, Qui per diverſitatem lingvarum cunctarum, Gentes in unitatem fidei congregâſti.

℣. Emitte Spiritum Tuum & creabuntur,

℟. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritûs illuſtratione docuiſti, da nobis in Eodem Spiritu recta ſapere, & de Ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Stan-

Stawmy się przed obecnością Boską, i dziękuymy Mu za wszystkie dobrodzieystwa nam dane, á osobliwie za dzisieysze.

Panie Boże Wszechmogący, wierzę mocno, żeś iest obecnym tu i na każdym mieyscu, a osobliwym sposobem w Nayświętszym Sakramencie, kłaniam się Tobie, i miłuię Cię nadewszystko, wyznawam, żeś iest moim Naywyższym Panem, i Dobrodzieiem, dziękuię, żeś mnie stworzył, żeś mnie odkupił, żeś mnie łaską Chrztu Swiętego obdarzył, żeś mnie zachował, do teraźnieyszego czasu, i od potępienia wiecznego do tey godziny bronił, iako też i za to, żeś mnie dnia dzisieyszego pokarmem tak doczesnym, iako też i Duchownym opatrzyć raczył.

Prośmy Pana BOGA o poznanie grzechow naszych, abyśmy się niemi brzydzili.

Panie Boże Swiatłości duszy moiey, bez Ciebie nic niemogę, do zbawienia duszy moiey służącego uczynić, oświeć rozum moy, i wspomoż pamięć moię, abym mogł poznać, czymem dnia dzisieyszego Maiestat Twoy obraził,

ził, i abym za grzechy moie serdecznie żałował, i prawdziwie pokutował.

Przywiedźmy ſobie na pamięć wſzystkie grzechy, ktorycheśmy się dopuścili dnia dzisieyszego, myślą mową, uczynkiem, i opuſzczeniem, á one naybardziey, do ktorych iesteśmy skłonnieysi.

Hic breve fiat Examen Conſcientiæ.

Żałuymy za wſzystkie grzechy naſze.

Panie Jezu Chryſte Zbawicielu moy iedyne dobro moie, żałuię ſerdecznie, żem Cię Boga moiego obraził, brzydzę ſię wszyſtkiemi grzechami moiemi dla miłości Twoiey, mam ſtateczną wolą, i poſtanowiony umyſł, więcey nigdy nie grzeszyć, za pomocą łaſki twoiey świętey, o ktorą Cię pokornie proſzę.

Bądźmy w takim stanie, w iakim chcemy bydź w godzinę śmierci naſzey.

Wiem dobrze o Boże moy, iż mi przyidzie kiedykolwiek umrzeć, a podobno nie zadługo, o iak miła rzecz człowiekowi na ten czas będzie pamiętać

tać na to, żem Tobie poki zdrowie ſłużyło, dobrze i wiernie ſłużył, poki tedy żyw będę, chcęć zawſze ſłużyć, abym szczęśliwie umarł, i Ciebie Boga moiego w Chwale Niebieſkiey na wieki oglądał, Amen.

LITANIÆ

Lauretanæ Beatæ Virginis MARIÆ.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor Mundi Deus, Miſerere n.
Spiritus Sancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere n.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Jesu Chriſti,
Mater Divinæ gratiæ,
Mater Puriſſima,
Mater Caſtiſſima,
Mater Inviolata,
Mater Intemerata,
Mater Amabilis,
Mater Admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,

Ora pro nobis Ora pro n.

Virgo

Virgo Prudentiſſima,
Virgo Veneranda;
Virgo Prædicanda;
Virgo Potens,
Virgo Clemens,
Virgo Fidelis;
Speculum Juſtitiæ;
Sedes Sapientiæ;
Cauſa noſtræ lætitiæ;
Vas Spirituale;
Vas honorabile;
Vas inſigne devotionis;
Roſa Myſtica;
Turris Davidica;
Turris Eburnea;
Domus Aurea,
Fæderis Arca,
Janua Cæli;
Stella Matutina;
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum;
Conſolatrix afflictorum;
Auxilium Chriſtianorum,
Regina Angelorum;
Regina Patriarcharum;
Regina Prophetarum;
Regina Apoſtolorum,
Regina Martyrum;
Regina Confeſſorum;
Regina Virginum;

Ora pro nobis Ora pro nobis Ora pro nobis Ora pro n

Regina Sanctorum Omnium, Ora pr:
Regina Regni Poloniæ,
Patrona Academiæ nostræ,

A peste, fame, igne & bello, Libera nos Domine.

A peste, fame, igne & bello, Libera:

A peste, fame, igne & bello, Libera:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson, Christe eleyson,
Kyrie eleyson.

Pater noster &c. Ave MARIA &c.

Sub Tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos, semper Virgo Gloriosa & Benedicta. Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, Tuo Filio nos reconcilia, Tuo Filio nos commenda, Tuo Filio nos repræsenta.

Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix,
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORE-

OREMUS.

Gratiam Tuam quæſumus Domine mentibus noſtris infunde, ut qui Angelo nuntiante Chriſti Filii Tui Incarnationem cognovimus, per Paſſionem Ejus & Crucem, ad Reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chiſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ora pro nobis Beatiſſime Joſeph.

Ut digni efficiamur promiſſionibûs Chriſti.

OREMUS.

Sanctiſſimæ Genitricis Tuæ Sponſi, quæſumus Domine meritis adjuvemur; ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, Ejus nobis interceſſione donetur. Qui vivis & regnas in ſæçula ſæculorum. Amē.

Ora pro [illegible]bis Sancte Joannes Canti.

Ut dign. efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS.

Da quæſumus Omnipotens miſericors atque Fons veræ Sapientiæ Deus, ut Sancti Joannis Cantii Doctoris exemplô, miſericordiam aliis & eruditionem tribuentes, meritis Ejus apud Te miſericordiam conſequamur, atque ad [illegible] am Sanctorum, Ejus interceſſione [illegible] perveniamus. Per Chriſtum [illegible] noſtrum. Amen.

Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem Tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo Ejus: ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud Eum redemptio.

Et Ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.

℣. A porta inferi,

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requieſcant in pace, ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad Te veniat.

OREMUS.

Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali, ſeu Sacerdotali feciſti dignitate vigere, præſta

quæ-

quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Deus veniæ largitor & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente cum Omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibûs consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

PRAXIS

INCHOANDI ET CONTINUANDI

Cum fructu Sacram, Recollectionum Spiritualium, solitudinem.

O BEATA SOLITUDO!

O SOLA BEATITUDO!

Du-

Ducam eam in ſolitudinem & loquar ad cor ejus. *Oſeæ* 2. *v.* 14.
Sedebit ſolitarius & tacebit, quia levavit se, supra se. *Tren:* 5.
Fugit in solitudinem. *Apoc:* 12. *v.* 6.
Elongavi fugiens & mansi in solitudine. *Pſalm.* 54. *v.* 8.
O anima sola eſto! ut ſoli placeas Deo. *Inquit mellifluus Doctor.*

Ante inchoationem, præmiſſo aliquo ſpirituali diſcurſu breviſſimo per Directorem Spiritûs pro ratione Perſonæ aut Perſonarum, accomodato.

1*mò*. Fiat pia Invocatio Spiritûs Diviniſſimi per Antiphonam: Veni Sancte Spiritus, reple tuorum &c. *ùt ſupra.*

℣. Emitte Spiritum tuum & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritûs illuſtratione docuiſti; da nobis in eodem Spiritu recta sepere & de ejus ſemper consolatione gaudere. Actiones noſtras quæsumus Domine aſpirando præveni & adjuvando prosequere, ut cuncta noſtra oratio & operatio à te semper incipiat & per te cæpta finiatur. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

2*dò*.

2*dò*. Status Personæ accedentis ad Recollectiones id requirit, aut aliæ circumſtantiæ svadent, ut eliciat Profeſſionem Fidei aſpirans, unde ſit ſemper in Seminario libellus Profeſſionis Fidei, cum illo Evangelio: *Loquente JESU ad turbas &c*

3*tio*. Informetur aſpirans de formalitatibus, quæ ſunt ſervandæ tempore Recollectionum, inſtruaturque quomodo ſuam intentionem dirigere debeat & cui præſtare præsertim cultum ac devotionem. *Item*, quam virtutem ſingulis diebùs sibi petere debeat, aut quod vitium cavere, illam autem petat, quam ſibi maximè neceſſariam videt, illud cavere, cui aliàs aſſvevit.

4*to*! Inſtructio & libri ſpirituales dentur aſpiranti, cubiculum ut ſit mundum, aqua luſtralis ad oſtium, Imago Crucifixi, ſella, cubile. &c.

Ordo peragendorum, tempore Recollectionum formalium.

Notandum. Integro Recollectionum tempore ſilentium ſtrictè ſervandum erit cum solo DEO, aut de Divinis rebus colloquendum, societas mutua vitanda, amici deserendi, sed in solitudine manendum, omnes temporaneæ & ſæculares occupationes,

anes solatiaque mundana prorsus abijcienda, ast soli spirituali vitœ vacandum & secundùm sequentem *dispositianeem* procedendum.

Manè singulis diebûs solitarius surget horâ quinta, media ad sextam Exercitium precum matutinarum absolvet & prœleget materiam meditationis.

Horâ 6tâ. Meditatio devotè peragenda ad septimam,

Horâ 7mâ (qui tenetur) recitabit Horas Canonicas, aliasque preces, quas pietas svadebit.

Quod si non tenebitur ad Horas Canonicas, privatis orationibus tempus impendet.

Horâ 8vâ. Missam audiet, *vel* celebrabit. Svadetur tamen Presbyteris, tribus primis diebûs propter humilitatem abstinentia ab Altari, nisì aliunde obligentur.

Horâ 9nâ. Libros spirituales leget & materiam meditationis præleget.

Horâ 10mâ. Ad 11*mam*, Meditatio.

Horâ 11mâ. Prandium. Reliquum temporis ad 1*mam* quieti conceditur, quó tempore fieri svadetur, reflexio pro his, de quibus præcessit meditatio.

A prandis *horâ 1mâ.* Conferentia spiritualis.

Ho-

Horâ 2dâ. Examen Conscientiæ pro generali Confessione, per tres dies agendum, cùm 4to die, absolvetur Confessio generalis peccatorum totius vitæ, & SSma Eucharistia sumetur, ideo hoc & sequenti die, hac hora, locò examinis Conscientiœ, pietatis orationibus vacabit.

Horâ 3tiâ. Vesperas & Completorium recitabit, & libros spirituales leget, etiam per totam horam, si ad recitandum Breviarium non tenetur.

Horâ 4tâ. Matutinum cum Laudibus pro die sequenti recitabit & præleget materiam meditationis.

Horâ 5tâ. Meditatio ad 6tam. *Horâ 6tâ.* Cœna.

Horâ 7mâ. Conferentia spiritalis.

Horâ 8vâ. Examen Conscientiæ cum exercitio vespertino faciet & materiam meditationis præleget.

Horâ 9nâ. Extinctâ diligenter candelâ dormitum *eat.*

Actus ante Meditationem.

Flexîs genibûs, sicut & ipsa Meditatio facienda. Invocato Spiritu Sancto, signô Sanctæ Crucis præmissô, aspersus aquâ benedictâ, has præmittet orationes Meditationi.

Akt

Akt Wiary.

O Boże nieſkończony! wierzę mocno że iak na każdym mieyscu, tak i tu obecnym ieſteś.

Akt Ukłonu.

Kłaniam Ci się tą uniżonością, z iaką Ci ſię kłaniaią, Marya Matką Twoia z Swiętemi w Chwale Niebieſkiey i sprawiedliwi na ziemi.

Akt Dziękczynienia.

Dziękuię nieſkończona Dobroci, za wszystkie dobrodzieystwa Twoie, mnie niegodnemu stworzeniu świadczone, á osobliwie za to, żeś mnie ſtworzył, żeś mnie z niewoli szatańſkiey wykupił, przez krzyżową śmierć Twoię, żeś mnie do Wiary Swiętey Katolickiey powołał, w ktorey samey ieſtem naypewnieyszy zbawienia duszy moiey, dziękuięć i zá to, żeś mnie od wszyſtkiego złego, i od potępienia wiecznego do tych czas zachował, á osobliwie, żeś moiey prawdziwey pokuty, do tego momentu cierpliwie i miłoſiernie oczekiwał.

Akt Miłóści.

Miłuię Cię Boże nieſkończona Dobroci tego szczerze pragnę, żebym

Cie-

Ciebie tylko Samego z całego serca, z całey duszy, z całych ſił moich, nieuſtannie kochał, żebym się nigdy od Twoiey miłości, do miłości rzeczy światowych nie odrywał.

Akt Skruchy.

A ponieważ do tych czas nie byłem wdzięczen łaſk i dobrodzieyſtw Twoich, żałuię tego serdecznie dla miłości Twoiey, porzucam od tey godziny wſzyſtkie grzechy, wszyſtkie niedbalſtwa i złe obyczaie moie, z tym poſtanowieniem, że nigdy Dobroci Twoiey nieſkończoney żadnym grzechem przy pomocy twoiey nie chcę obrazić.

Akt Ofiárowania.

Ofiaruię ć Panie Boże Wszechmogący z całego serca to wszyſtko, cokolwiek mowić, czynić, myślić i cierpieć będę, oraz pragnę, áżeby wszyſtkie sprawy i zabawy moie teraźnieysze i w całym życiu, aż do oſtatniego tchnienia, złączone były z życiem i Nayświętszą Męką Jezusa Chryſtusa, ofiaruię to wszyſtko, na dosyć uczynienie za grzechy moie, za podwyższenie Kościoła Swiętego Katolickiego, oraz Nayświętszego Biſkupa Rzymſkiego, tym Kościołem Chryſtusowym, iako [illegible]

Głowa rządzącego na ziemi. Ofiaruię na uproszenie ſtatecznego grzesznikow nawrocenia, wykorzenienia błędow Heretyckich. Ofiaruię za moich Dobrodzieiow i przyiacioł, iako też nieprzyiacioł, za szczęśliwe powodzenie Stanow Akademii, naoſtatek za wszyſtkich konaiących, i dusze w Czyscowych mękach zoſtaiące.

Akt Prożby.

Proszę z iak naygłębszą pokorą Boże łaſkawy, Boże miłoſierny, oświeć moy rozum, ażebym teraźnieyszą świętą zabawę, iak naypożyteczniey dla duszy moiey odprawił.

Akt Wzywania.

Do czego pragnę pomocy Twoiey i wzywam: iako z siebie samego do niczego dobrego czynienia niesposobny. Upraszam i Twoiey za mną niegodnym do Syna Twoiego inſtancyi, Niepokalanie poczęta Matko Boſka Marya, szukam i twoiey przyczyny Swięty Aniele Strożu i wszyscy Swięci Patronowie moi.

ACTUS POST MEDITATIONEM.

Akt Dziękczynienia.

Dziękuię ć o Boże moy nieſkończona Dobroci, za Duchowną naukę,

mnie

mnie do serca w teraźnieyszey Medytacyi podaną.

Akt Żalu.

Żałuię ze wszyſtkiego serca, że do tych czas według tey nauki, ktorą teraz z oświecenia Niebieſkiego odebrałem, przed tym sobie nie postępowałem.

Akt Postanowienia.

Obiecuię ſtatecznie, że nigdy żadnym grzechem nie chcę Cię od tych czas obrażać, pragnę wszyſtkie złe przeszłe obyczaie moie poprawić, á od tego momentu, w miłości Twoiey i bliźniego, w należytey ſkromności, w prawdziwey pokorze, oraz Chrześciańſkiey doſkonałości ćwiczyć ſię. O Jezu, Marya, Jozefie Swięty, Bogday! ážebym pod protekcyą Nayświętszych Imion Waszych, żył i umierał, Amen.

Boże bądź miłościw mnie grzesznemu.

Cedat hoc ad Majorem Dei Ter Optimi Maximi Gloriam & in Solatium Spirituale Solitariis.

In fine Recollectionum.

Præmiſſo spirituali discursu per Directorem Spiritûs, de jam peractis Recolle-

collectionibus, atque exhortatione ad perseverantiam in bono incepto; pro gratiarum actione, pro præmissis gratiis à DEO sub tempus Recollectionum participatis & acceptis illustrationibus, Hymnô Ambrosiano *Te DEUM laudamus &c.* finietur devotio; finito hymnô, dicet alternatim *Psalmum 69.*

DEUS in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur & revereantur: qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum & erubescant: qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant semper magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus & pauper sum: DEUS adjuva me.

Adjutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

DEus, Cujus misericordiæ non est numerus & bonitatis infinitus est thesaurus, piissimæ Majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad præmia futura disponas. Per Dominum nostrum &c.

℣. Dominus vobiscum, ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Exaudiat nos Omnipotens & misericors Dominus, ℟. Amen.

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

MEDITATIO

In lege Domini Sacerdoti necessaria.

Deducitur ex S. Ambrosio.

CUi Lex *Meditatio* est, huic præstò sunt misericordiæ, ut vivat in æternum. Quomodo enim quis Beatus esse potest sinè miseratione Divina? Beatus autem, qui in lege Domini meditatur die ac nocte, sed qui meditatur in lege, eruditur in lege & quem lex erudierit, Dominus erudit qui locutus est legem, ideoque scriptum est: Beatus quem tu erudieris Domine & de lege tua docu-

docueris eum. Discamus ergo & nos in lege Domini meditari, non avocemur sæcularibûs illecebris, non occupemur impedimentis; sed semper ad legem simus attenti, scriptum est enim: Os justi meditabitur sapientiam. Hoc in Veteri Testamento. Audi & in Novo dicentem. Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Et maxime hanc Meditationem Sacerdotibus necessariam ostendit ad Titum scribens, quia debet Episcopus amplecti eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana & eos, qui contradicunt, arguere. Quod utique intentæ atque sollicitæ Meditationis est, non perfunctoriæ lectionis. Et ad Timotheum scribens ait: Attende lectioni, exhortationi & doctrinæ.

Cajetanus Vir magnæ Authoritatis *quæst:* 82: *art:* 3. censet eum indignum vocari Religiosum; aut alicujus Communitatis membrum, vel Spiritualem; qui saltim semel de die, præter Orationem vocalem, Mentali, seu *Meditationi* non vacaret: Proinde: *Beatus Vir; qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Psal: 1.

Duo sunt, quæ ingenium exercent, Lectio & Meditatio; Hug: à S: Vict:

Sacra-

Sacrati Dies Recollectionum Sanctis Patronis, & per Eos

Dies I.

Per Sanctos Angelos, in Honorem Sanctissimæ Trinitatis & memoriam Incarnationis Dominicæ, ad intentionem Sanctæ Matris Ecclesiæ, Summi Pontificis, Cardinalium, Patriarcharum, Episcoporum & Celsissimi Loci Ordinarii, ad impetrandam gratiam bene absolvendi Sacras Recollectiones.

Dies II.

Per Sanctos Patriarchas & Prophetas; in Honorem B. V. M. pro Animabus in Purgatorio existentibus & impetrandam gratiam cognoscendi maculas conscientiæ.

Dies III.

Per Sanctos Apostolos, in Honorem Divi Tutelaris unicuique proprii. In satisfactionem pro peccatis nostris & obtinendam perfectam pro eis contritionem.

Dies IV.

Per Sanctos Martyres, in Honorem Sanctorum Patronorum Regni Poloniæ, pro Parentibus, Superioribus, Benefactoribus corporis & animæ, & pro iis,

qui nostris orationibus commendati sunt, vel esse possunt, & in gratiarum actionem pro suscepta Sacra Communione.

Dies V.

Per Sanctos Confessores, in Honorem Sanctissimi SACRAMENTI & Sancti JOANNIS CANTII, pro omnibus amicis & inimicis nostris & Sanctæ Ecclesiæ Romanæ, pro omnibus Alumnis hujus Domûs, pro peccatoribus, pro Paganis, Hæreticis & omnibus Infidelibus, ut convertantur ad Fidem Orthodoxam, pro Agonizantibus, subitò, vel in bello pereuntibus & pro omnibus Donis à DEO nobis datis.

REGULA AUREA

Actuum humanorum

seu

FORMULA

Rectæ Intentionis, per singulos Hebdomadæ dies, renovanda.

Rectæ Intentionis notitia, Ars est quæ compendiô doceat, nunquam errare. Artes cæteræ parvi, hæc Cælo lucrando facit. Hanc artem nescisse, est Cælum perdidisse. *Drex. in Amuss. Præf. ad Lect.*

Sa-

Sacerdoti cuilibet dicenti hanc Orationem ante Horas Canonicas, Sixtus Papa concessit 30. Annos Indulgentiarum.

Confiteor Tibi Rex Cœli & Terræ omnia peccata, quæ commisi à die Nativitatis meæ usque nunc mortaliter, venialiter & quocunque modo, nocte, die, cogitatione, verbis, operibus, consensu & aliis quibuscunque modîs adversus Sacratissimam Voluntatem Tuam & mandata peccando, aut quavis negligentia committendo. Tibi soli confiteor & veniam peto, ne ira Tua veniat super me miserum & maximum peccatorem. Tibi Domine hodie & quotidie commendo Animam meam & corpus meum, & precor Te, ut mihi indulgere digneris omnia peccata, & esto misericors mei miserrimi, & perducere me digneris ad vitam æternam propter Nomen Tuum Sanctissimum, Cui soli laus, Honor, Gloria, Decus, Potestas & Imperium in sæcula sæculorum, Amen.

DIE DOMINICA.

O Domine Deus Noster Rex Cæli & terræ, Cui servire regnare est; ego indignus famulus tuus, omnes meas co-

gitationes verba & opera Tibi supplex offero & maximè hoc. NN.

In honorem SSS. Trinitatis & Omnium Sanctorum, singulariter Eam colentium.

In Gratiarum Actionem. Dilectionis æternæ, Creationis.

In satisfactionem pro peccatis, Superbiæ, incredulitatis.

Ad Impetrationem 1. Doni Sapientiæ. 2. Virtutis Fidei. 3. Zeli Divinæ Gloriæ. 4. Obedientiæ. 5. Primæ Petitionis in Oratione Dominica. *Sanctificetur Nomen tuum.*

In unione Intentionis & Meritorum Christi & Omnium Sanctorum maximè Christi Incarnati & prima effusione Sangvinis Christi, in Circumcisione.

Pro Tota Ecclesia Catholica. Omnibus SS. Ordinibus. Omnibus Magistratibus: Ecclesiasticis & Sæcularibus.

Quia: O Deus meus! in Te credo, in Te spero, Te amo super omnia. *Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

FERIA II.

O Domine Deus Noster! *ut supra. In honorem* Omnium Sanctorum & maximè Reginæ SS. OO.

In Gratiarum Actionem Conservationis, Providentiæ Divinæ.

In

In satisfactionem pro peccatis. Avaritiæ, Pusillanimitatis,

Ad Impetrationem 1. Doni Intellectus. 2. Virtutis Spei. 3. Paupertatis Spiritûs. 4. Secundæ Petitionis. *Adveniat Regnum Tuum.*

In Unione Intentionis & Meritorum Christi & OO. SS. maximè mei & Omnium SS. Angelorum Custodum, Et secunda effusione Sanguinis Christi, in Horto.

Pro omnibus Animabus Purgatorii. 2. Omnibus Captivis. 3. Omnibus tepidis & imperfectis.

Quia: O Deus meus! in Te credo. *ùt suprà.*

FERIA III.

O Domine Deus noster Rex Cæli! *ùt suprà.*

In honorem S. Angeli Custodis & Omnium SS. Angelorum, Eorumque Reginæ.

In Gratiarum Actionem Prædestinationis, Justificationis, Angelicæ Custodiæ.

In satisfactionem pro peccatis. Luxuriæ, Immunditiæ, Amoris proprii.

Ad Impetrationem 1. Doni Scientiæ. 2. Virtutis Charitatis. 3. Castitatis. 4. Mortificationis & abnegationis mei ipsius. 5. Tertiæ Petitionis. *Fiat voluntas tua, sicut in Cælo & in terra.*

In

In unione Intentionis & Meritorum Christi & OO. SS. maximè. OO. SS. Angelorum. Et tertia effusione Sanguinis Christi, in flagellatione.

Pro omnibus meæ curæ commissis & quibuscunque mihi agendum fuit & erit. 2. Omnibus existentibus in periculo peccandi. 3. Omnibus innocentibus.

Quia: O Deus meus in Te credo, *ùt supra.*

FERIA IV.

O Domine Deus noster! Rex Cæli, *ùt supra.*

In honorem OO. SS. Apostolorum, Eorumque Reginæ & SS. Patronorum meorum.

In Gratiarum Actionem Vocationis ad Fidem, Vocationis ad Statum.

In satisfactionem pro peccatis Invidiæ, immisericordiæ.

Ad Impetrationem 1. Doni Consilii. 2. Virtutis fortitudinis. 3. Zeli Animarum. 4. Liberalitatis. 5. Quartæ Petitionis: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

In unione Intentionis & Meritorum Christi & OO. SS. maximè. SS. Apostolorum & Patronorum meorum. Et quarta effusione Sanguinis Christi, in Coronatione.

Pro omnibus amicis & benefactoribus.

2.

2. Omnibus inimicis & perſecutoribus.
3. Omnibus infidelibus.

Quia O Deus meus! in Te credo, *ut supra.*

FERIA V.

O Domine Deus Noſter! Rex Cœli, *ut supra.*

In honorem SS. Sacramenti & OO. SS. ſingulariter id colentium.

In Gratiarum Actionem, Protectionis, Inſtituti SS. *Sacramenti*, & omnium gratiarum per illud conceſſarum.

In ſatisfactionem pro peccatis Gulæ, omnium defectuum circa SS. *Sacramentum* commiſſorum.

Ad Impetrationem 1. Doni Fortitudinis. 2. Virtutis temperantiæ. 3. Humilitatis. 4. Fidei & devotionis erga SS. *Sacramentum Euchariſtiæ.* 5. Quintæ Petitionis. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

In unione Intentionis & Meritorum Chriſti & OO. SS. maximè. Actibus Chriſti Inſtituentis SS. *Euchariſtiæ Sacramentum.* Et quinta effuſione Sanguinis Chriſti, in exuendis & induendis veſtibus.

Pro toto Clero. 2. omnibus indignè communicantibus. 3. Omnibus hæreticis ad converſionem.

Quia

Quia O Deus meus! in Te credo, ut *supra.*

FERIA VI.

O Domine Deus noster! Rex Cæli, *ut supra.*

In honorem Ssmæ Passionis Christi Domini. Matris Dolorosæ. Omniumque Sanctorum Cruci assistentium.

In Gratiarum Actionem, Redemptionis & omnium afflictionum.

In satisfactionem pro peccatis Iræ, impatientiæ.

Ad Impetrationem 1. Doni Pietatis. 2. Virtutis Justitiæ. 3. Pænitentiæ. 4. Felicis horæ mortis. 5. Sextæ Petitionis. *Et ne nos inducas in tentationem.*

In unione Intentionis & Meritorum Christi & OO. SS. maximè Christi Crucifixi, & sexta effusione Sanguinis Christi, in Crucifixione.

Pro omnibus tentatis & afflictis. 2. Omnibus agonizantibus. 3. Omnibus in peccato mortali existentibus.

Quia: O Deus meus! in Te credo, *ut supra.*

DIE SABBATHI.

O Domine Deus noster! Rex Cæli & terræ Cui servire regnare est, ego indi-

indignus famulus tuus, omnesque meas cogitationes, verba & opera Tibi supplex offero & maximè hoc NN.

In honorem Beatissimæ Virginis MARIÆ & SS. JOACHIM, ANNÆ & JOSEPH, omniumque SS. singulariter Eos colentium.

In Gratiarum Actionem Glorificationis, Consolationum spiritualium.

In satisfactionem pro peccatis Acediæ, Omniumque negligentiarum in Oratione.

Ad Impetrationem 1. Doni Timoris Domini. 2. Virtutis Prudentiæ. 3. Mansuetudinis. 4. Filialis Amoris & Devotionis erga Beatissimam V. M. & SS. JOACHIM, ANNAM & JOSEPH. 5. Septimæ Petitionis. *Sed libera nos à malo.* Amen.

In unione Intentionis & Meritorum Christi & OO. SS. maximè. Septem Gaudiis Septemque doloribus B.V.M. & S.JOSEPH: Et septima effusione Sanguinis Christi, in Cruce.

Pro omnibus in mea Familia. 2. Omnibus Cultoribus B.V.M. & SS. JOACHIM, ANNÆ & JOSEPH. 3. Omnibus militantibus contra hostes Ecclesiæ.

Quia: O DEUS meus! in Te credo, in Te spero, Te amo super omnia *Per Christum Dominum nostrum* Amen.

RE-

REFLEXIO SALUTARIS

In recitatione Divini Officii consideranda.

Canonicas Horas, si devotè legis, oras.
Tunc orantur Horæ, si corde leguntur & ore.
Litera neglecta vel syllaba murmure tecta,
Colligit hæc sathanas, si non cum corde laboras.
Fragmina verborum Tytinillus colligit horum,
Quaque die, mille vicibûs, se sarcinat ille.
Quid facis extra Chorum qui debitor officiorum.
Es Divinorum? cur induls acta vagorum.
Desine ſtare foras, quia Chriſtus ponderat horas,
Et nominando moras, diſtingvit qualiter oras.
Qui Psalmos reſecat vel verba Davidica curtat,
Displicet ille Deo, dum placuiſse putat,
Cùm Domino psalles psallendo tu tria ſerves:
Dirige cor sursum, profer bene, reſpice sensum.
Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora,

Nunc

Nunc contemplare, nunc Scripturas meditare.

Ex Sanctis Patribus, ad recitantes Officium Divinum, cautelæ proficuæ:

Orare Horas dicere Qui orat

S.Augustinus.	*Ante tempus*, Prudentia, *In tempore*, Obedientia, *Post tempus*, Negligentia.
S. Gregorius.	*Ante tempus*, Securitas, *In tempore*, Justitia, *Post tempus*, Negligentia,
S.Bernardus	*Ante tempus* timet DEUM, *In tempore*, Laudat DEUM, *Post tempus* Reddet rationem DEO.

Sed

Si cor non orat, in vanum lingua laborat. Ideo sciant omnes, qui ad Horas Canonicas obligantur, teneri eas recitare juxta Præscriptum Romani Breviarii jussu Pii V. editi, idque *studiosè* & *devote* juxta Conclusionem *ex Cap.* Dolentes, de celebratione Missarum *ubi hæc habentur: Districtè præcipientes in virtute S. Obedientiæ:* ut Divinum Officium Nocturnum pariter & Diurnum, quantùm DEUS eis dederit, *studiosè* celebrent, pariter & *devotè*. *Qua de causa ostenditur* attentionem in Horis Canonicis recitandis esse necessariam, tum & devotionem, videlicet promptam voluntatem faciendi quod ad DEI servi-

vitium pertinet. Graviter igitur peccat, qui de præcepto orat & voluntariè distrahitur per notabilem partem. Quare severè etiam tales Christus Dominus reprehendit, adducens illud Prophetæ: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè à me est. *Ex exemplis in confirmationem hujus veritatis, unum è S. Gregorio sufficiat, qui refert:* Quibusdam irreverenter Divinum Officium recitantibus, *Dæmon apparuit, eosque fædissimâ aquâ aspersit dicens:* Ad talem Orationem hanc meritò infundo aspersionem. *Tandem hanc veritatem commendat etiam illud S. Scripturæ.* Maledictus qui opus Dei facit fraudulenter. *Imò talis non ùt homo sed ùt psittacus aut picca garrit.* Cogitent omnes etiam Religiosi Divino Officio minùs competenter satisfacientes, *quòd panem sudore hominum comparatum comedant,* pro quo strictam Deo rationem dabunt. Curent ergo omnes obligati ad Horas Canonicas prædictam attentionem, quam Ecclesia præcipit. Neque dicas Ecclesiam non judicare de internis, directè concedendum est, indirectè tamen judicat & præcipit, inquantum interna conjunguntur cum externis. Hic obiter repeto, (*inquit* Collet de *Horis Canonic. pag. m. 615.*) . . . & plurimos terrere debet, parem esse conditionem illius qui non recitat; & qui

qui non eó recitat modô quô recitandum eſt, vg. ſinè attentione actuali vel virtuali. Quas explicat supra *pág. m.* 603.

Talî modô ſunt recitandæ Horæ Canonicæ:

1mô.

Pura mentis elevatione.	Attendendo quia ſtas in conſpectu	Æterni Judicis. Angeli Cuſtodis Inimici tui perſequentis.

2dô.

Plena cordis Attentione	Affectuoſè deſiderando, ut	Deus laudetur, Cæleſtis Curia lætetur, Totus Mundus juvetur.

3tiô.

Perfecta oris pronuntiatione.	Intègre proferendo, ut nihil	Prætermittas dicendum. Superaddas inordinatum Hinc inde transponás.

Cùm Domini, Sacras humilis recitaveris Horas
Dirige cor sursum, bene profer, percipe sensum.

Hæc

Hæc sunt, septenîs propter quæ psallimus Horîs:
Matutina ligat Christum, Qui crimina purgat.
Prima replet sputîs, causam dat *Tertia* mortis.
Sexta Cruci nectit, latus Ejus *Nona* bipertit.
Vespera deponit, tumulô *Completa* reponit.

Divinum Officium persolvendum est:

1. *Ad laudandum & honorandum DEUM.*
   Et est Actus Religionis.
2. *Ad satisfaciendum Divinæ justitiæ pro peccatis*
   Et est Actus Pænitentiæ.
3. *Ad quærendam majorem in Cælis Gloriam DEI.*
   Et est Actus Spei.
4. *Ad promovendum omne opus bonum in proximo*
   Et est Actus charitatis erga proximum.
5. *Ad implendum S. Matris Ecclesiæ præceptum.*
   Et est Actus obedientiæ & pietatis.

SEQUENTES ORATIONES

In fine Horarum devotè recitantibus.

BENEDICTUS PAPA XII.

Duodecim millia dierum & omnium negligentiarum ex distractione non voluntaria in Divinis Officiis commissarum, indulgentiam concessit.

POST

POST MATUTINUM.

Patris Sapientia Veritas Divina.
DEUS Homo captus est hora matutinâ
A suis Discipulis cito derelictus.
Judæis est traditus, venditus afflictus.
Ita Pater, quia sic placitum est ante te, ut patiar pro illis fiat. O Amor salutis humanæ; Benedictus DEUS & Pater, immensæ misericordiæ in sæcula. Amen.

Et similiter ad singulas Horas.

℣. Proprio Filio non pepercit DEUS.
℟. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, Fili DEI vivi, qui horà Matutina pro nobis peccatoribus post effusionem sanguinei sudoris, tradi, capi, trahi & ligari, alapis cædi & conspui voluisti & cum gloria resurrexisti; fac nos quæsumus contumelias & opprobria pro tui Nominis gloria lætanter suscipere & sic tuæ Sacratissimæ Passionis memoriam recolere, ut ad piæ Resurrectionis gaudia feliciter pervenire mereamur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

POST PRIMAM.

Horà prima Dominum ducunt ad Pilatum
Falsis testimoniis multùm accusatum
In

Ìn collùm percutiunt, manibùs ligatum;
Vultũ Dei conspuunt lumẽ Cæli gratum.
Ita Pater, quia sic placitum eſt ante te; ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ, &c. *ùt ſupra:*

℣. Insurrexerunt in me teſtes iniqui;
℟. Et mentita eſt iniquitas ſibi.

OREMUS.

Domine Jesu Chriſte, Fili Dei vivì; qui Prima hora diei pro nobis peccatoribus contumeliosè, inſtar latronis impio Judici Pilato es præsentatus & sævientium contra te crudeliſſimas voces; tanquam Agnus mansvetus patientiſſimè toleraſti, da nobis pro tui Nominis gloria, ut cùm aſtiterimus tuo terrifico Tribunali, non damnemur æterno suppliciô, sed cum tuis fidelibus in Cæleſtibus consolari mereamur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

POST TERTIAM.

Crucifige clamitant horâ tertiarum,
Illusus induitur veſte purpurarum.
Caput ejus pungitur coronâ spinarum,
Crucem portat humerîs ad locũ pænarum
Ita Pater, quia ſic placitum eſt ante Te ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ: &c. *ùt ſupra.*

℣.

℣. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores,
℟. Prolongaverunt iniquitatem sibi.

OREMUS.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, qui hora diei tertia flagellis cæsus, & spinis coronatus fuisti & ad Crucis tormenta pro mundi salute Crucem tuam sacris humeris portando ductus es: te suppliciter exoramus, ut per virtutem Tuæ Sacratissimæ Passionis, omnia peccata nostra deleas & ad tuæ beatitudinis gloriam sempiternam nos misericorditer perducas. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

POST SEXTAM.

Hora sexta Jesus est Cruci conclavatus,
Et est cum latronibus pendens reputatus,
Præ tormentis sitiens, felle saturatus,
Agnus crimen diluens sic ludificatus.

Ita Pater, quia sic placitum est ante te, ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ &c. *ut supra.*

℣. Foderunt manus meas & pedes meos,
℟. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

OREMUS.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, qui ad exprimendum ad te revertentibus

tuæ benignitatis affectum, horâ sextâ tua Sanctissima brachia in Crucis patibulo extendisti, & in Sacratissimo Corpore tuo pro nostris sanandis vulneribus quinque pertulisti vulnera, nostramque salutem sitiens, felle & aceto potari te permisisti, da nobis in Sanguine tuo proficere & amore tuo ita fervere, ut tuis mereamur amplexibus æternaliter inhærere. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

POST NONAM.

Horà nonâ Dominus Jesus expiravit, Heli clamans, Animã Patri cõmẽdavit, Latus Ejus lanceà miles perforavit,

Terra tunc contremuit & Sol obscuravit. Ita Pater quia sic placitum est ante te, ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ: &c. *ut supra.*

℣. In manus tuas Domine commendo Spiritum meum,

℟. Redemisti nos Domine Deus veritatis.

OREMUS.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, qui horà diei nona expansis in Cruce manibùs & inclinato Capite clamans & lachrymans Deo Patri Spiritum tradidisti & in dulcissimi Lateris tui apertione, in pretium nostræ Redemptionis Sanguinem

Tu-

Tuum fudisti, latronèmque serò pœnitentem in Paradisum suscepisti, da nobis indignis famulis tuis in hora mortis nostræ, animas nostras ad te; qui verè Paradisus es misericorditer pervenire. Qui vivis &c.

POST VESPERAS.

De Cruce deponitur horà vespertinâ,
Fortitudo latuit in mente Divinà,
Talem mortem subiit vitæ medicina;
Heu Corona gloriæ jacuit supina.

Ita Pater, quia sic placitum est ante te; ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ &c. *ut supra.*

℣. Christus factus pro nobis obediens usque ad mortem;
℟. Mortem autem Crucis.

OREMUS.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, æternæ beatitudinis Conditor qui horà vespertinà de Cruce in tuæ Matris sinum depositus, conditus es aromatibûs, concede propitius ut depositis nostrorum peccatorum sarcinis, ante conspectum Divinæ Majestatis tuæ præsentati; inter Sanctos & Electos tuos tecum æternaliter gaudeamus. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum Amen.

D 2 POST

POST COMPLETORIUM.

Horà Completorii datur Sepulturæ,
Corpus Chriſti nobile, spes vitæ futuræ.
Conditur aromate, complentur Scripturæ,
Jugi ſit memoriæ, mors hæc mihi curæ.

Ita Pater, quia ſic placitum eſt antè te ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ, &c. *ut supra.*

℣. In pace factus eſt locus ejus,
℟. Et in Sion habitatio ejus.

OREMUS.

Domine Jesu Chriſte Fili Dei vivi, qui horà Completorii sepultus es: & à Matre tua mæſtiſſima, & ab aliis mulieribus planctus & lamentatus fuiſti, fac nos Domine gementes & lamentantes tuam devotiſſimè deplangere Paſſionem; cujus nos memoriam recolentes, de exilio ad patriam, de labore ad requiem, de mærore ad beatiſſimæ tuæ viſionis consolationem pervenire concedas. Qui vivis &c.

COMMENDATIO.

Has Horas Canonicas cum devotione,
Tibi Chriſte recolo, pia ratione,
Ut, qui pro me paſſus es, amoris ardore,
Sis mihi solatium, mortis in agone.

Suspi-

Suspirium.

Eheu Domine mi! quando pura, ſimplici & læta mente Te colam! quando quieta, ſtabilì & serena conscientià Tibi serviam! quando ab immenſitate amoris Tui absorbebitur cor meum! quid volo præter Te! aut quid omnia mihi prodeſſe poſſunt ſinè Te! Tu ſolus ſufficis animæ meæ! O Deus meus & omnia!

ORATIO.

Pro ſupplemento negligentiæ in Horarum recitatione, post expletum Officium, dicenda.

O Bone Jesu! propitius eſto mihi peccatori, ego tepidum & diſtractum officium, commendo mellifluo Cordi Tuo emendandum & perficiendum, in satisfactionem efficaciſſimam Divinæ Tuæ Juſtitiæ, Tibique offero ad salutem omnium, tam vivorum quàm defunctorum, in unione meritorum Eccleſiæ Militantis & Triumphantis, in unione illius perfectiſſimæ attentionis Tuæ, quà Patrem oràſti & laudàſti in terris, responde quæso, satisfac, & supple pro me plenissimè.



Quâm

Quàm horrendum sit, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, in peccato mortali, offerre.

Ex Reuelationibus B. Brigittæ, Lib: 1. Cap: 47. Lib: 4. Cap: 135. & Lib: 6. Cap: 9.

Colloquium Christi cum B. Brigitta.

Ille Presbyter, pro quo tu oras, cùm accedit ad Altare, tunc averto faciem meam ab eo, & adstant ad latera ejus dæmones, cujus & animam inhabitant, quia ipsa est mortua ante me.

Cùm imponit sibi Superhumerale, hoc est, amictum, dæmones obumbrant animam ejus, ut non cogitet & non intelligat, quàm terribile est accedere ad Altare meum, & quàm mundus esse debet, qui mihi mundissimo adstare debet.

Cùm induit se Alba, duritia cordis & indevotione induitur, quia cogitat peccatum suum non esse grave, supplicium æternum futurum non magnum, & quale gaudium est æternum, nunquam venit in mentem ejus.

Cùm cingit se cingulô, tunc ligatur voluntàs ejus cum diabolo, ita quòd velit & proponat morari in peccato, & tunc dissolvitur charitas mea ab eo, quia voluntas ejus est ad omne id, quod diabolus ei inspirat in mentem.

Cum

Cùm imponit ſibi Manipulum, omnia opera ad Deum sibi fiunt gravia & onerosa, terrena autem levia.

Cùm imponit sibi Stolam, diabolus grave jugum imponit collo ejus, & sic onerat animam ejus, quòd non ſinit eum ingemiscere, vel considerare peccatum suum.

Cùm induit se Casulâ, tunc perfidia induit eum diabolus; quando autem legit *Confiteor*, dæmones respondent mentitus es, nos sumus teſtes, quòd Confeſſio ejus eſt similis Judæ, quia dicit aliud ore & aliud habet in corde.

Quando verò consecrat Corpus meum, tunc fugiunt dæmones ab eo, & corpus ejus remanet quasi truncus, quia anima ejus mortua eſt ante oculos meos.

Cùm autem Corpus meum applicat ad os suum, ex præsumptione illa, omnis turba dæmonum revertitur ad eum, quia charitatem nullam ad me habet.

Ecce tales Sacerdotes, non sunt mei Sacerdotes, sed veri proditores, ipsi enim & me vendunt quasi Judas & produnt. Ego conspicio Paganos & Judæos, sed nullos video eîs deteriores. Quia ipsi Sacerdotes sunt in eodem peccato, quô cecidit Lùcifer.

Male-

Maledictus sit cibus & potus eorum, qui intrat in os eorum, & pascit corpus in cibum vermium & animam in Infernum.

Maledictum sit ergo omne, quod de terra ad utilitatem suam receperint, quia non laudant Deum, & Creatorem suum.

Maledicti sunt à Cælo, & Terra, & ab omnibus creaturis insensatis; quia ipsæ obediunt Deo & laudant, & isti spernunt.

Maledicta sit hora, quæ incipit eis in Inferno & nunquam finiet.

Maledicti sint anni eorum, quibûs vixerint inutiliter.

Maledictus sit visus eorum, quia non videant visionem DEI in me, sed tenebras & pænas Inferni.

Maledictus sit Gustus eorum, quia non gustabunt de bonis meis æternis gaudium, sed amaritudinem æternam.

Maledictus sit Tactus eorum, quia non tractabunt me, sed ignem perpetuum.

Maledictus sit Odoratus eorum, quia non odorabunt Odorem illum suavissimum in Regno meo excedentem omnia aromata, sed fœtorem in Inferno habebunt, amariorem felle & pejorem sulphure.

Maledictum sit Corpus eorum quod resurget, in Inferno sinè fine arsurum.

Pro-

Propterea juro in veritate mea, quia sum Ueritas, quòd si sic moriuntur, sinè fine damnabuntur. Væ talibus, quòd unquam nati fuerint: ipsi enim profundiùs cadunt in Infernum, quàm aliquis alius.

Sacerdoti indignè Celebranti Sacrificium Missæ, Exhortatio.

Heu miser Sacerdos, qui mortuus in Cælo, vivis in inferno, atque diabolum habes in corde tuo, & ad Sanctum accedis Altare, ad profanandum Sanctuarium Dei, & illudendum Nomen Sanctum suum; ore benedicis & corde maledicis; in Faciem Benigni Salvatoris conspuis, dum verba Sacramenti, immundo ore profers, & Majestatem illam, in quam desiderant Angeli prospicere, & omnis Curiæ Cælestis Exercitus incessabili voce proclamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, tu impie irrides ac blasphemas, quando corde siles, & ore velut canis latrans clamas: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbô, & sanabitur anima mea, & ponis illam Sanctissimam Carnem in os tuum immundum, ex Spiritu S. in Utero Virginis immaculato conceptam, eam, quæ est mundi pretium, denti-

bûs

bûs tuîs venenatîs mordes, devoras & projicis in ſterquilinium animæ tuæ, quasì in lutum platearum. Non minùs eſt deteſtabile, in os pollutum, quàm in lutum sepelire Dei Filium, Patrem tuum, Creatorem & Redemptorem, pretium Redemptionis noſtræ. O Judæîs pejor! O Juda deterior! horret Infernus & contremiscunt diaboli, cùm tu temerè præsumis Corpus & Sanguinem Chriſti indignè manducare & sumere, & si non morieris poſt sacrilegam sumptionem ùt Judas, vives pro majori supplicio & graviori pœna; & si non convertaris, thesaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis Juſti Judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus, & tantò diſtrictior erit in judicio, quantò tibi ante judicium majorem patientiam prorogavit.

Agnosce frater chariſſime Sacrosanctam Regalem dignitatem tuam, quali honore sis insignitus; quem Virgo & Mater genuit, tu verbis concipis; & quali mensa fruaris; Carne & Sanguine Domini Noſtri Iesu Chriſti pastus es: ô felix exercitium, ô Sanctitudo manuum, ô lingua benedicta, ô pectus sacratum, ô venter beate, si hoc Manna ea puritate mentis & corporis, quà decet, reci-

recipies Corpus Christi, eris altera Maria, Cujus venter, fuit Paradisus Filii Dei & Sacrarium Spiritûs Sancti,

ORATIO.

Benignissime Jesu fons amoris, Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui pro salute humani generis Corpus tuum Sacratissimum pignus futuræ gloriæ, nobis filiis & hæredibus reliquisti, quod sola fide cernitur & corde firmiter creditur, communione Carnis & Sanguinis tui nos Divinitatis esse participes voluisti; Te humiliter deprecor, ego cinis, pulvis & nihil, antequam accedam ad Altare tuum, quod est Cælum & Paradisus, ut mihi concedere digneris tuam sanctam benedictionem, perfectam cordis contritionem, oris plenam confessionem, & operis completam satisfactionem, ut tuum sanctum Sacrificium, immaculatam Hostiam, cum lacrymis offerens in sublimi Altari tuo, nive candidior, lilioque purior dignè recipere valeam, in remissionem peccatorum meorum omniumque vivorum, in refrigerium defunctorum; in gaudium Sanctorum, in lætitiam Angelorum, & in totius Trinitatis gloriam sempiternam, Amen.

Romæ M.DC.LXII. *Sup: perm: Reimp: Crac: T: U: 1699.*

CHRISTIANI SACERDOTIS PRÆPARATIO.

Ad Missam ritè & fructuosè celebrandam.

Ante Missam

Curabit hæc Septem.

1. *Intentionis discussionem:* id est, ne celebret,

Ex vana gloria; scilicet, ut videatur devotus & laudetur ab hominibus.

Ex avaritia; scilicet, propter lucrum temporale; nam hæc magna est iniquitas.

Ex consvetudine; id est, sinè mentis discussione.

Ex timore; id est, ne reprehendatur, aut puniatur à Superiore, si non celebret.

Ex verecundia denique; id est, ne videatur indevotus & aliis dissimilis, nisì celebret. Sed habeat puram & religiosam intentionem ad Dei Omnipotentis gloriam & honorem, Ecclesiæque utilitatem, Missam celebrandi.

2. *Generalem contritionem;*

Super omissis, quæ facere potuit & debuit

Com-

Commiſſis, quæ facere non debuit.
Consvetis & ſæpe confeſſis.
3. *Puram & veram Confeſſionem* :
Notabilium, communium & ignoratorum criminum, cordis, oris & operis.
4. *Diligentem præparationem* :
ut scilicet habeat,
Decentem veſtium omnium Sacerdotalium exhibitionem; ut nimirum ſint benedictæ, mundæ, honeſtæ, ac decenter aptatæ.
Opportunam loci electionem: scilicet Ecclesiæ, vel Oratorii, aut loci honeſti, *ex diſpenſatione.*
Diligentem Altaris adornationem; scilicet, cum lapide consecrato & integro & duabus ad minùs lineis mappis mundis.
Præcipuam Calicis & Corporalis mundificationem: nam hoc Sacramentum puriſſimum eſt, in quo eſt Filius Dei Patris & Intemeratæ Virginis.
Congruam materiæ præparationem; id eſt, panem triticeum, vinum vitis bonum, aquam naturalem & mundam.
Sedulam Miſſalis inspectionem.
Continuam cerei illuminationem.
Devotam Clerici vel alterius miniſtrationem.

Debi-

Debitam horarum considerationem: scilicet, ab aurora ad meridiem & non ante vel ultra: nisì in die Natalis Domini, vel speciali indulto.

Integram jejunii naturalis observationem, ut scilicet, nihil per modum cibi aut potus, medicinæve sumptum fuerit.

Corporalem munditiam: quæ maculatur per pollutionem, si ei causam dederit.

5. *Devotam animæ dispositionem*:

Cum plenitudine fidei; scilicet, firmiter credendo, in hoc admirabili Sacramento esse Corpus Christi, per transsubstantiationem: animam Christi, per naturalem colligationem: Divinitatem Christi, per inseparabilem unionem.

Cum firmitate spei; scilicet, Divinæ pietatis, quòd ex perceptione cælestium munerum, habebit cælestes thesauros.

Cum ardore charitatis: nam ad Sacramentum amoris, nonnisi cum ardore charitatis accedere debet.

Cum pace unitatis Ecclesiæ; scilicet, ne sit excommunicatus, schismaticus vel hæreticus, sed Catholicæ Ecclesiæ realiter unitus.

Cum memoria Passionis Christi: ipse enim Christus Venerabile hoc Sacramentum, in memoriam suæ Passionis, instituit.

Cum

Cum indignitate sui; scilicet, ut quantùm fieri poteſt, ad tantum Sacramentum suscipiendum se indignum exiſtimet.

Cum puritate conſcientiæ; ne fortè in ea ſit aliquid, quod oculos Divinæ Majeſtatis offendat.

Cum ferveniti deſiderio; scilicet avidè & desideranter ad tam ſvaviſſimum convivum accedat.

Cum actuali devotione; per devotas lachrymas, quasi ſui ipsius sacrificium offerendo Domino Deo, Beatæ Virgini, SS. Angelis & Sancto vel Sanctæ, cujus eo die celebratur feſtum.

Per ferventes Orationes ante Miſsam devotè dicendas. *Habes* 1. *pag.* 59.

6. *Præviam intentionem:*

ut ſcilicet in Miſſa intendat; Deum per lachrymas humiliter placare & colere.

Corpus & Sanguinem Chriſti cum omni diligentia & reverentia consecrare:

Mortem Chriſti & Ejus immensam charitatem memorare: & totam Eccleſiam reverenter adjuvare & concorditer adunare.

7. *Amoroſam Affectionem:*

ſcilicet, ut consequi ex celebratione Miſsæ deſideret:

Augmentum ſvaviſſimæ devotionis.

Incre-

Incrementum ardentiſſimæ, Dei & proximi, dilectionis.

Inſeparabilitatem; ferventiſſimæ Catholicæ unionis.

Accelerationem, feliciſſimæ Divinæ unionis.

In proceſsu Miſsæ.

Extra Canonem curabit duo,

1. *Diſcretionem in legendo.*
   Ne nimis clamoroſè legat; ut ſcilicet alios non perturbet.

Ne nimis depreſse; ut à circumſtantibus audiatur.

Ne nimis feſtinè; ut ab omnibus intelligatur.

Sed diſtinctè, canòrè & devotè.

2. *Maturitatem in exequendo,*

ſcilicet, Ne sit curiosus in circumspiciendo.
Ne levis in se movendo.
Ne inurbanus in inclinando.
Ne tædiosus in prolongando.
Ne nimis feſtinus in terminando, sed devotus, exemplaris, & circumspectus.

In Canone autem quatuor.

1. *Commendationem vivorum & defunctorum.*

Vivorum, id eſt, Sui ipsius, ut eum Deus faciat idoneum miniſtrum tanti Sacramenti

menti, & anima & corpore in omnibus dirigat, & ad æternam salutem perducat.

Parentum, carnalium & spiritualium, ut eis neceſſaria in hoc mundo tribuat, & ad vitam æternam eos perducat.

Benefactorum, & orationibus suis commissorum, juxta eorum pia deſideria, ad salutem animæ & corporis.

Inimicorum, ut eos Deus illuminet & peccata dimittat, ac se ab eorum inſidiis liberet.

Infidelium, ut ad rectam fidem eos Deus convertat.

Pacis Ecclesiæ & Dominii, seu loci in quo eſt; & Petitionum, quas proponit Deo exponere.

Defunctorum, Parentum & propinquorum. Fratrum & sororum fidelium.

Animarum nobis commiſſarum, pro quibus eleemosynas recepimus, vel sumus recepturi.

Animarum, omnium benefactorum.

Animarum omnium in purgatorio exiſtentium.

2. *Præcipuam diligentiam ad conficiendum.* Quia ubi sunt magna ſignis majora verbis, (unde ipsa devotè & diſtinctè dicet;) maxima intentione: ideo attentionem conſecrandi pro viribus applicabit.

3. *Reverentiam item præcipuam, ad tangendum*, propter continentiam excellentis Corporis Christi, excellentioris Animæ, & excellentissimæ Divinitatis ejusdem.

4. *Devotionem quoque non vulgarem*, ad sumendum tantum Sacramentum, ipsum cum discretione & modestia reverenter sumendo. Non masticando, sed leviùs linguâ movendo.

Interiori affectu, panem Angelorum svaviter gustando.

Post Missam
Curabit duo.

1. *Humillimam gratiarum actionem*, propter majestatem Hospitis excellentissimi, suæ animæ hospitium ingressi.

Speciales orationes attentè dicendo:

Excellentiam tanti Sacramenti devotè meditando.

Deo, pro suscepto munere semper gratias agendo.

2. *Bonorum operum executionem*, ex desiderio gratiæ, quæ in hoc Sacramento suscipitur.

Ne subito post Communionem corporalem cibum sumat, ùt dicit Clemens Papa.

Ne

Ne citò post Communionem, in loco indecenti spuat.

Ne sæcularibus nugis & negotiis se implicet.

Ne otiosus aliquo modo inveniatur.

Ne sinè aliqua devota lectione diu permaneat.

F R U C T U S
Sacrificii Missæ.

Ex D. Bonavent: lib: de Præpar: ad Missam. Cap: 8.

Per Missæ Sacrificium.

I. Conscientia ex præteritis delictis purgatur.

II. Cor ad tentationes futuras (velut per medicinam præservativam) vincendas & ad bona opera, roboratur.

III. In tribulatione, gratia patientiæ & liberationis obtinetur.

IV. Beneficia, tam spiritualia quàm corporalia efficaciùs impetrantur: quia SS. Eucharistiæ Sacramentum est fons omnium gratiarum & donorum.

V. Gratiarum actio Deo, pro beneficiis quotidianis, redditur.

VI. Proximis, vivis & defunctis, multiplex auxilium à Deo impetratur.

VII. Celebrans ipse, Christo incorporatur & unitur.

VIII. Deo, Angelis, Sanctis in cælo existentibus, jucundissimum opus & gaudium præstatur.

Hi ergo tam eximii fructus, sint quæso tibi ô bone Sacerdos instar ignitorum carbonum, quibûs cor tuum & vivus affectus, ad frequentationem hujus præstantissimi Sacrificii magis ac magis accendatur.

DAMNA, OMISSIONEM *Sacrificii Missæ*

(cessante legitimo impedimento) consequentia.

Ex eodem S. Doct: & lib: cit. cap: 5.

Sacerdos ab-que peccato mortali, & in proposito bono, non habens legitimum impedimentum, & non ex reverentia sed negligentia, celebrare Missam omittens

Privat.
- I. SS. Trinitatem gloriâ.
- II. Angelos lætitiâ.
- III. Peccatores veniâ.
- IV. Justos subsidiô.
- V. In purgatorio existentes refrigeriô.
- VI. Ecclesiam totam spirituali beneficiô
- VII. Se ipsum medicina & consolatione, ac remedio contra quotidianas infirmitates & peccata.

Ad vitanda igitur ejusmodi damna, quisquis ex hominibus assumptus (ùt verbîs Apostoli utar Heb. 5.) *pro hominibus constitueris in iis quæ sunt ad Deum, ut offeras dona & sacri-*

ſacrificia pro peccatis; & non ignarus propriæ, quâ circumdatus es, infirmitatis, ſedulus in ea incumbes, ut, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro temetipso offeras pro peccatis. Alioquin, præter bonorum ſpiritualium jacturam, timendum tibi erit, ne in vacuum gratiam Dei (ùt idem Apoſtolus præcavet, 2. Cor. 6.) recepiſſe arguaris.

Gratiarum actio pro Statu Sacerdotali.

Gratias Tibi ago misericors Deus! quòd me indignum peccatorem ad Officium Sacerdotale elegiſti, meque medium inter te & populum fieri voluiſti, ut tuam pro me peccatore & pro eodem populo tuo misericordiam exorarem. Certè Angelicam puritatem & conversationem deberem habere ego peccator & impurus, cujus in manibus ad eloquiorum Cæleſtium prolationem Corpus tuum o Chriſte! de panis consecratur materia, qui te ad libitum & tracto manibûs, & ore percipio, & Fidelibus diſtribuo. Adjuva me Deus Omnipotens, ut huic Officio & ſtatui meo ad tui Nominis laudem, meamquè ac populi salutem prodesse & satisfacere valeam, quod Tibi bene-

neplacitum eſt, semper cogitem & intendam, aliis vita & exemplô præluceam, honorem tuum animarumquè profectum, quantum in me eſt, promoveam, orationi diligenter vacem, Tibi Deo meo ardenter & libenter deserviam, spirituiquè potiùs intendam quàm carni. Da bone Jesu! ut corde & corpore mundus sim, & pudicus in omni tempore, sim corde humilis, conversatione Sanctus, temporalium contemptor facultatum & à terrenorum sollicitudine liber, quatenus Tibi Deo meo expeditius vacem, atque Sacramentalis panis sumptione dignior efficiar, ut in omnibus denique meis actionibus glorificeris ô Chriſte! Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

OREMUS.

Omnipotens & misericors Deus! ad humilitatis meæ preces benignus intende: & me famulum tuum, quem nullis suffragantibûs meritis, sed immensa clementiæ tuæ largitate Cæleſtibus myſteriis servire tribuiſti, dignum Sacris Altaribus fac Miniſtrum, ut, quod mea voce depromitur tua sanctificatione firmetur, Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

ORA-

ORATIONES

Ante celebrationem Missæ, recitandæ.

Quando Sacerdos celebrat, DEUM honorat, Angelos lætificat, Ecclesiam ædificat, vivos adjuvat, defunctis requiem præstat, & se se omnium bonorum participem efficit. Thom: à Kemp: l. 4. de Imitatione Christi c. 5.

Divus Dionysius Carthusianus ait: *Angelum revelâsse cuidam servo DEI, ferè nullos in Purgatorio Sacerdotes inveniri, eò, quia qui sanctè vivunt, illico Cælum intrant, vel parùm in igne purgatorii morantur; cæteri qui impurè vivunt, damnantur: non permittens DEUS, ob gravem injuriam illatam Ordini & Sacramento, ut verè pæniteant.* Cui concordant Divi Joannis Chrysostomi verba:

Non temerè dico, sed ut affectus sum & sentio; non arbitror inter Sacerdotes multos esse qui salvi fiant, sed multò plures qui pereant; in causa est, quia res excelsum requirit animum & innumeris oculis, illis opus est undique. *Ex libel:* Diurnus Sacerdotum Cibus. p. m. 34.

Corpus & Sangvis Christi, quæ Sacerdos conficit, dulcis cibus & potus est, sed si te repererit malignitate pollutum, perdet te, non sui naturâ, sed tui vitiô. *S.Hier: in Luc:*

Ad

Ad Celebraturum.

Presbyter! in Mensa Christi quid agas, bene pensa.
Aût tibi vita datur, mors aût æterna paratur.
Cor exterge priùs, sic mundior, ad Sacra perge.
Vivere, sive mori vis, confert quod datur ori.

Praxis intentionis ante Sacrificium.

O Altissime Deus! ecce me projicio ad sacratissimos pedes bonitatis tuæ, qui intendo hodie Sacratissimam Missam celebrare & facere quod Christus fecit in ultima Cœna, quodque Sancta Ecclesia tua quotidie facit; videlicet, volo transsubstantiare panem in Corpus & vinum in Sangvinem Christi, secundùm intentionem Ejusdem Redemptoris mei & Ecclesiæ, ad laudem & gloriam Tui Ipsius & honorem Sanctissimæ Virginis Mariæ, simul & Sancti N. (*vel Sanctæ* N.) cujus hodie celebratur Festivitas, & ad salutem meam & omnium fidelium vivorum atque mortuorum, ut prosit unicuique secundùm quod Tu Deus Optime scis eis competere. Sed & ego indignus hujus Sanctissimi Sacrificii Minister desidero, ut istud Venerabile Sacramentum, sit spiritualis refectio animæ meæ, confortans me, in omni operatio-

ne virtutum & aliorum sanctorum exercitiorum, tam spiritualium quàm corporalium, valeatque ad resistentiam vitiorum & tentationum carnis, mundi & diaboli. Desidero denique ut istud Venerabile Sacrificium prosit mihi ad augmentum dilectionis tuæ ô Deus meus, & incrementum amoris proximorum. Item ad inseparabilem unionem cum Sanctissima voluntate tua. Adjuva me Sancte Pater, confirma me Sancté Fili, dignifica me Sancte Spiritus, quos semper totis affectibûs amo & æternùm amare volo. A.

Alia Forma Intentionis.

Quam devotè recitantibus, Gregorius XIII. Pontif. Max. concessit 50. annorum Indulgentias.

Ego volo celebrare Missam & conficere Corpus & Sangvinem Domini Nostri Jesu Christi, juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, totiusque Curiæ triumphantis, ad utilitatem meam totiusque Curiæ militantis: pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis, & in genere, & in specie, & pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ,

tæ, spatium veræ pœnitentiæ, gratiam & consolationem Sancti Spiritûs, perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis Omnipotens & Misericors Dominus. Amen.

℣. Domine labia mea aperies.
℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.
℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.
℟. Sicut erat in principio & nunc &c.

HYMNUS

De Spiritu Sancto:

Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita.
Imple superna gratiâ
Quæ tu creâsti pectora;
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, Charitas,
Et Spiritalis unctio.
Tu Septiformis munere
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus;
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Ho-

Hostem repellas longiùs,
Pacemque dones protinus,
Ductore sic Te prævio,
Vitemus omne noxium.
Per Te sciamus, da, Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
DEO Patri sit gloria
Et Filio, Qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.
Extra tempus Paschale.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc & per omne sæculum, Amen.
℣. Emitte Spiritum tuum & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
Paschali tempore additur: Alleluja.

OREMUS.

DEus, qui corda Fidelium S. Spiritûs illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere & de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum. A.

ANTIPHONA.

NE reminiscaris Domine delicta nostra vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Quæ

Quæ Antiphona in Festis Duplicibus tantùm duplicatur, & tempore Paschali additur in fine: Alleluja; *deinde dicuntur sequentes Psalmi.*

PSALMUS 83.

Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultaverunt in DEUM vivum.

Etenim passer invenit sibi domum: & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: Rex meus & DEUS meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur DEUS deorum in Sion.

Domine DEUS virtutum exaudi orationem meam: auribûs percipe DEUS Jacob.

Protector noster aspice DEUS: & respice in faciem Christi tui. Quia

Quia melior est dies una in atriis tuis: super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Glória Patri & Filio &c.

PSALMUS 84.

Benedixisti Domine terram tuam: avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster: & averte iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Au-

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super Sanctos suos: & in eos qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obviaverunt sibi: justitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & justitia de Cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria Patri & Filio &c.

PSALMUS 85.

Inclina Domine aurem tuam & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam Sanctus sum: salvum me fac servum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.

Quo-

Quoniam tu Domine svavis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudisti me.

Nón est similis tui in Diis Domine: & non secundùm opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti, venient & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo Nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, & Synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator & mi-

seri-

sericors: patiens & multæ misericordiæ & verax.

Respice in me & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me & confundantur: quoniam tu Domine adjuvisti me & consolatus es me.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS 115.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine! quia ego servus tuus: ego servus tuus & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrifi-

cabo

ctabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: in atriis domûs Domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine qui sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: ex omnibus inquitatibus ejus.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Postea repetitur Antiphona

Ne reminiscaris Domine delicta &c.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Ego dixi Domine miserere mei.
℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
℣. Convertere Domine aliquantulum.
℟. Et deprecare super servos tuos.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Sacerdotes tui induantur justitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. Ab occultis meis munda me Domine.
℟. Et ab alienis parce servo tuo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Aures tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratiâ Sancti Spiritûs illumina cor nostrum, ut tuis mysteriis dignè ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

Deus

Deus cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem Sancti Spiritûs cogitationes cordis noſtri, ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

Ure igne Sancti Spiritûs renes noſtros, & cor noſtrum Domine, ut tibi caſto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

Mentes noſtras quæsumus Domine, Paraclitus qui à te procedit illuminet: & inducat in omnem sicut tuus promisit Filius veritatem.

Adsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritûs Sancti, quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritûs illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere & de ejus consolatione semper gaudere.

Conscientias nostras quæsumus Domine, visitando purifica, ut veniens Dominus noſter Jesus Chriſtus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit, & regnat in

F5 uni-

unitate Spiritûs Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio dicenda ante Missam.

Deus, qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus justos, & de immundis mundos: munda cor & corpus meum ab omni contagio & sorde peccati, & fac me dignum atque strenuum Sanctis altaribus tuis ministrum: & concede propitius, ut in hoc Altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles atque placabiles offeram pietati tuæ, pro peccatis & offensionibus meis, innumerisque & quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis. Et per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

OREMUS.

Clementissime Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, & substantiæ nostræ munificentissime Creator, qui in hoc admirabili Missæ Sacrificio ejusdem amantissimi Filii tui dispositione, omnes opes conclusisti, accedo ad te

tan-

tanquam ad unicum refugium meum, spem & consolationem meam, & effundo cor meum in conspectu tuo, tibique hoc Sacrosanctum Sacrificium offero in gratiarum actionem, pro omnibus beneficiis tuis à te mihi collatis ab instanti conceptionis meæ, quorum numerus, mensura, & pondus apud te solum est, præsertim pro hac sancta & grandi vocatione Sacerdotali. Quod si præsenti pio desiderio meo non delectaris super omnia præponende DEUS, suppleat tenuitatem meam virtus infinita hujus Sacrificii. Respice in faciem Christi tui, & quas pro me indignissimo suo mancipio gratias offert, eas benignus tanquam Pater admitte. Per Eundem Christum Dominum nostru m. Amen.

Precatio ad B. V. MARIAM.

O Mater pietatis & misericordiæ, Beatissima Virgo MARIA, ego miser & indignus peccator, ad te confugio toto corde & affectu, & precor pietatem tuam, ut sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti adstitisti; ita & mihi misero peccatori, & Sacerdotibus omnibus, hic & in tota Sancta Ecclesia hodie offerentibus, clementer assistere digneris ut tua gratiâ adjuti, dignam &

acce-

acceptabilem hostiam in conspectu Summæ & Individuæ Trinitatis, offerre valeamus. Amen.

Oratio ad Sanctum vel Sanctam diei.

O Sancte N. *vel* S. N. ecce ego miser peccator de tuis meritis confisus, intendo nunc offerre Sacratissimum Sacramentum Corporis & Sangvinis Domini Nostri JESU Christi pro tuo honore & gloria. Precor te humiliter & devotè, ut pro me hodie intercedere digneris, ut tantum sacrificium dignè & acceptabiliter offerre valeam: Et roga pro me Deum Patrem Omnipotentem, ut Eum tecum, & cum omnibus Electis Ejus æternaliter laudare & cum Eo regnare valeam. Amen.

Alia Oratio ante Missam.

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor, & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibûs maculatum, mentem & lingvam non cautè custoditam. Ergo, ò pia Deitas, ô tremenda Majestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus,

dus, sub tuam protectionem fugio: & quem judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Jesu Christe, Rex æterne, Deus & homo crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miseris & peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo Crucis oblata. Salve nobilis & pretiose Sangvis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo sangvine redemisti. Pœniter me peccâsse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, clementissime Pater, omnes iniquitates & peccata mea ut purificatus mente & corpore, dignè degustare merear sancta sanctorum: & concede, ut sancta prælibatio Corporis & Sangvinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta

purga-

purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmiſſima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

Omnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad ſacramentum unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti: accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem miſericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus, ad Dominum cœli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundatiam, quantenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fæditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: ut panem Angelorum, Regem regum, & Dominum dominantium, tanta suscipiam reverentia & humilitate, tanta contritione & devotione, tanta puritate & fide, tali propoſito & intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi quæso Dominici corporis & ſangvinis, non ſolùm ſuscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem sacramenti O mitiſſime Deus, da mihi corpus unigeniti Filii tui Domini

No-

Nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico mereat incorporari, & inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus S. Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO DEVOTISSIMA

Dicenda à Sacerdote ante vel post Missam.

Pater Cælestis, clementissime Domine! Pater misericordiarum, Suscipe per manus servi tui hoc sacrosanctum Sacrificium, verum Corpus & Sangvinem Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi in satisfactionem & remissionem omnium peccatorum meorum, & in salutem & fortitudinem animæ meæ, totiusque domus meæ, & omnium illorum, quibus aliqua obligatione teneor; & omnium Dominorum, Prælatorum, Prædicatorum, Sacerdotum, & Religiosorum Catholicæ fidei, ut eis gratiam Spiritûs Sancti impertiri digneris ad salutem animarum suarum & regimen totius populi Christiani; & omnium peccatorum hu-

jus-

jus mundi, ut eos convertas, & ducas ad viam salutis; in consolationem omnium tribulatorum, ut eis adjutorium, & veram patientiam tribuas; in refrigerium, & liberationem animarum exiltentium in Purgatorio, & maximè illarum, quæ auxilium à me jure expectant; ad illuminationem & conversionem omnium Gentium, Infidelium, Hæreticorum, & Schismaticorum, ut cognoscant & ament te summam veritarem, Patrem Omnipotentem, Qui cum Filio & Spiritu Sancto es laudabilis Deus, & benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

GRATIARUM ACTIO

POST MISSAM.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quæ Antiphona in Festis duplicibus tantùm duplicatur, & tempore Paschali additur in fine: Alleluja.

Canticum trium Puerorum.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite Cœli Domino. Be-

Beneditite aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol & Luna Domino: benedicite Stellæ Cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros, Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domine: benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies, & nives Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis Domino: benedicite omnes volucres Cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

Bene-

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite servi Domini Domino.

Benedicite Spiritus, & animæ justorum Domino: benedicite Sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento Cœli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

PSALMUS 150.

Laudate Dominum in Sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in Psalterio & Cythara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in Cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri & Filio & Spiritui S. &c.

Can-

Canticum Simeonis.

Nunc dimittis servum tuum Domine: secundùm Verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare Tuum.

Quod paraſti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Israél. *Gloria Patri.*

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Chriſte eleison.
Kyrie eleison. Pater noſter &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua
℟. Et Sancti tui benedicant tibi.
℣. Exultabunt Sancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus suis.
℣. Non nobis Domine, non nobis.
℟. Sed Nomini tuo da gloriam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

Deus, qui tribus pueri mitigâsti flammas ignium, concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Da nobis quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extingvere, qui Beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CLEMENS VIII.

Recitantibus Orationem sequentem concessit remissionem omnium commissorum, sive omissorum in Missa, necnon 2300. Annorum Indulgentias.

Obsecro Te Dulcissime Domine Jesu Christe, ut Passio Tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar; Vulnera Tua sint mihi cibus & potus, quibûs pascar, enutriar, inebrier atque delecter; aspersio Sangvinis Tui

sit mihi ablutio omnium delictorum meorum; Mors Tua ſit mihi vita indeficiens; Crux Tua ſit mihi gloria sempiterna; In his ſit mihi refectio, resurrectio, auxilium, exultatio, sanitas, gaudium, deſiderium, solatium, & dulcedo cordis mei nunc & in perpetuum. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. A.

CREMONÆ, Mantuæ, Veronæ & Venetiis. Superiorum permissu M.DCC.XX.VIII. *Paucula addita ex Libello* Hebdomas Sancta *pag: mihi 99.*

ORATIO

S. Thomæ de Aquino.

Gratias ago Tibi Domine Sancte Pater Omnipotens Æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ, ſatiare dignatus es pretioso Corpore & Sangvine Filii tui Domini noſtri Jesu Chriſti. Et precor, ut hæc Sancta communio, non sit mihi reatus ad pœnam, sed interceſſio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio concupiscentiæ & libidinis exterminatio, charitatis, & patientiæ, humilitatis, & obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio; contra insidi-

sidias inimicorum omnium, tam visibilium quàm insibilium firma defensio: motuum meorum, tam carnalium quàm spiritualium, perfecta quietatio: in te uno ac vero DEO firma adhæsio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo & Spiritu Sancto, Sanctis tuis, es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

A L I A.

Gratias tibi ago Domine piissime, quòd me ad officium Sacerdotale elegisti. Gratias tibi ago dulcissime DEUS, quòd me tuo dulcissimo Corpore & Sangvine refecisti. Gratias tibi ago Domine Clementissime, pro devotione quà me in hac Missa, specialiter respexisti. Gratias tibi ago benignissime DEUS, quòd me protegendo, à periculosis negligentiis custodisti. Mi Domine DEUS, ecce pro gratissima electione, pro dulcissima refectione, pro tam piissima respectione, pro tam benignissima protectione & custodia, tibi optime DEUS ex toto corde gratias ago, te benedico, teque glorifico

in

in æternum. Eja nunc oro piissime Deus, ut sit mihi hoc dulcissimum Sacramentum, contra omnium peccatorum meorum vulnera efficacissimum medicamentum. Sit mihi benignissime Deus, hoc dulcissimum SACRAMENTUM, omnis virtutis & gratiæ victoriosissimum complementum. Sit mihi piissime Deus, hoc dulcissimum Sacramentum, tam in vitâ, quàm in morte, contra omnia pericula, validissimum tutamentum. Sit mihi dulcissime Deus, hoc amantissimum Sacramentum, ad æternam beatitudinem solidissimum fulcimentum. Mi Domine Deus, per sumptam quæso Eucharistiam, da mihi ut à peccatis emundatus, meritis fæcundatus, fine bono consummatus, tecum in perpetuum sim beatus. Cui est honor & gloria, in sæculorum sæcula. Amen.

Alia Oratio
S. BONAVENTURÆ.

Transfige dulcissime Domine Jesu Christe medullas & viscera animæ meæ, svavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque & Apostolica Sanctissima charitate, ut langveat & liquefiat anima mea solo semper amore &

 desi-

deſiderió Tui. Te concupiscat & deficiat in atria tua, cupiat diſsolvi & eſſe tecum. Da, ut anima mea te esuriat, Panem Angelorum, refectionem animarum ſanctarum, panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem & saporem, & omne delectamentum ſvavitatis. Te, in quem deſiderant Angeli prospicere ſemper esuriat & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Te semper ſitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem Domûs Dei. Te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem, & gloriam Nominis tui, cum humilitate, & discretione, cum dilectione & delectatione, cum perseverantia usque in finem: & tu ſis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, thesaurus me-

us,

us, in quo fixa & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea & cor meum. Amen.

Anima Christi sanctifica me.
Corpus Christi salva me.
Sangvis Christi inebria me.
Aqua Lateris Christi lava me.
Passio Christi conforta me.
O bone JESU! exaudi me.
Intra vulnera tua absconde me.
Et ne permittas me separari à te.
Ab hoste maligno defende me.
In hora mortis meæ voca me.
Et jube me venire ad te.
Ut cum Sanctis & Electis tuis laudem te,
In sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO

Ad B. V MARIAM.

O MARIA Virgo dulcissima, & Mater DEI dignissima, miserere mei vilissimimi peccatoris: Saluto & veneror te toto corde. Impetra mihi obsecro plenam omnium peccatorum meorum remissionem. Impetra perfectam mei mortificationem & abnegationem. Impetra veram humilitatem, patientiam, charitatem, & lingvæ atque sensuum omnium continentiam. Impetra puritatem, simplicitatem, nuditatem

tatem libertatemque mentis, & perfectam
cum DEI voluntate conformitatem, ut
ſim homo secundùm cor Fili tui. Amen.

Alia oratio ad Beatiſsimam Virginem.

O Sanctiſſima & inclytá Virgo MARIA
Mater Domini noſtri Jesu Chriſti,
Regina Cœli & terræ: quæ eundem
Creatorem omnium creaturarum in tuo
ſanctiſſimo Utero digna fuiſti portare,
Cujus idem veraciſſimum Corpus & San-
gvinem ego indignus sumere præsum-
pſi; rogo te, per Virginalem humilita-
tem tuam, & per Paſſionem & Mortem
ejusdem Fili tui, ut apud ipsum pro me
misero peccatore intercedere digneris, ut
quidquid in ejus oblatione benedictiſſi-
ma ignoranter vel incautè commiſſi, tu-
is ſanctiſſimis precibùs mihi dignetur in-
dulgere. Amen.

R Y T H M U S

Sancti THOMÆ, ad Sacram Eucha-ristiam.

Adoro te devotè latens Deitas,
Quæ sub his figuris verè latitas.
Tibi ſe cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, guſtus, tactus, in te fallitur,
Sed auditu ſolo tutò creditur.

Cre-

Credo, quidquid dixit Dei Filius,
  Nihil hoc verbô veritatis verius.
In Cruce latebat ſola Deitas,
  Sed hìc latet ſimul & humanitas:
Ambo tamen credens atque confitens,
  Peto quod petivit Latro pœnitens.
Plagas ſicut Thomas non intueor.
  Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magìs credere,
  In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini!
  Panis vivus vitam præſtans homini.
Præſta meæ menti de te vivere,
  Et te illi semper dulce sapere.
Pie Pelicane Jesu Domine,
  Me immundum munda tuo Sangvine.
Cujus una ſtilla salvum facere,
  Totum mundum poteſt ab omni scelere.
Jesu quem velatum nunc aspicio,
  Oro fiat illud quod tam ſitio.
Ut te revelata cernens facie,
  Visu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.

℣. Panem de Cælo præſtitiſti eis Domine.
℟. Omne delectamentum in se habentem.

OREMUS.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, Paſſionis Tuæ memoriam reliquiſti; tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sangvinis Tui Sacra myſteria vene-

venerari, ut Redemptionis Tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus, Qui vivis & regnas cum DEO Patre in Unitate Spiritûs S. DEUS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

In Honorem

B. PETRI APOSTOLORUM PRINCIPIS

RESPONSORIUM.

Si vis Patronum quærere,
Si vis potentem Vindicem
Quid jam moraris? invoca
Apostolorum Principem.
O Sancte Cæli Claviger!
Tu nos precando subleva,
Tu redde nobis pervia
Aulæ Supernæ limina.
Ut ipse multis pænitens
Culpam rigasti lacrymis,
Sic nostra tolli poscimus
Fletu perenni crimina.
O Sancte Cæli &c.
Sicut fuisti ab Angelo
Tuis solutus vinculis,
Tu nos iniquis exue
Tot implicatos nexibus.
O Sancte Cæli &c.

O fir-

O firma Petra Ecclesiæ,
Columna flecti nescia,
Da robur & constantiam,
Error fidem ne subruat.
O Sancte Cæli &c.

Romam, tuo qui Sangvine
Olim sacrasti, protege;
In teque confidentibus
Præsta salutem Gentibus.
O Sancte Cæli &c.

Tu Rem tuere publicam,
Qui te colunt, Fidelium,
Ne læsa sit contagiis,
Ne scissa sit discordiis.
O Sancte Cæli &c.

Quos hostis antiquus dolos
Instruxit in nos, destrue,
Truces & iras comprime,
Ne clade nostra sæviat.
O Sancte Cæli &c.

Contra furentis impetus
In morte vires suffice,
Ut & supremo vincere
Possimus in certamine.
O Sancte Cæli &c.

Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto.
O Sancte Cæli &c.

ANTI-

ANTIPHONA.

Tu es Paſtor ovium, Princeps Apoſtolorum, tibi traditæ sunt claves Regni Cælorum.

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

OREMUS.

Apoſtolicis nos Domine, quæsumus, Beati Petri Apoſtoli tui attolle præſidiis, ut quantò fragiliores sumus, tantò ejus interceſſione validiores, auxiliis foveamur, & jugiter Apoſtolica defenſione muniti, nec succumbamus vitiis, nec opprimamur adversis, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Sanctiſſimus Dom. N. PIUS Divinâ Providentiâ Papa VI. *ut eò ampliùs erga Beatum Petrum Apoſtolorum Principem Fidelium devotio augeatur: dat & concedit Univerſis Chriſti Fidelibus* Responsorium supra dictum *in honorem ejusdem Sancti Apoſtoli quotidie devotè recitantibus*, centum dies *de Indulgentia, ac insuper eisdem ultra præfatam indulgentiam, dum modò verè pænitentes, ac Sacra Communione refecti, in Feſto* Cathedræ Romanæ Sancti Petri *die 18. Ianuarii, & in* Feſto Sancti Petri ad Vincula

1. Augusti, aliquam Ecclesiam eidem Sancto Apostolo dicatam, aut Altare, in honorem ejusdem Sancti Apostoli erectum visitaverint, ibique devotas preces fuderint, Indulgentiam Plenariam *perpetuò benignè elargitur.*

Viennæ, Typis Joh: Thom: Nobilis de Tratenern. A. 1782.

LITANIÆ
DE
S. JOANNE CANTIO.

Kyrie eleison, Christe eleison,
Kyrie eleison.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere n.
Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis.
S. Trinitas unus Deus, Miserere nobis.
Sancte Joanne Canti, Ora pro nobis.
Vir inclyte.
Pater clementissime.
Mystes óptime.
Confessor venerabilis.
Famule Jesu Christi.
Deiparæ Virginis Cultor.
Mentium Beatarum imitator.
Hæres cœlestis.
Polonorum decus.
Incola & Tutor Cracoviæ.

Ora pro nobis. Ora pro:

Alu-

Alumne Sanctæ ANNÆ.
Honorificentia populi Chriſtiani.
Fax virtutum.
Speculum innocentiæ.
Regula perfectionis.
Sacrarium timoris Domini.
Operator miraculorum.
Suscitator mortuorum.
Firmamentum Academicum.
Doctor pacis.
Gloria Sacerdotum.
Sydus fulgens Eccleſiæ.
Contemptor mundi.
Domitor carnis.
Victor Sathanæ.
Patrone Studiosorum.
Magiſter Ignorantium.
Lucerna ardens amore proximi.
Salus infirmorum.
Nutritie pauperum.
Refugium afflictorum.
Lumen cœcorum.
Vita morientium.
Liberator captivorum.
Exorator peccatorum.
Portus naufragorum.
Cuſtos peregrinantium.
Auxiliator parturientium.
Præco Judicii Divini.

Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Tute-

Tutelaris & Patriarcha noster. Ora.
Consors Sanctorum Omnium.
Peccatores! Te rogamus audi nos.
Ut nos ab omni calamitatum genere, custodire digneris. Te rogamus &c.
Ut toti Regno, Ecclesiæ, & Academiæ patrocinari digneris. Te rogamus &c.
Ut nobis pacem, gratiam, & vitam æternam impetrare digneris. Te rogamus &c.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi. Exaudi nos Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster &c. Ave MARIA &c.
℣. Ora pro nobis S. JOANNES CANTI.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Chri:

OREMUS.

Omnipotens sempiterne DEUS, qui Sanctum JOANNEM CANTIUM Confessorem tuum atque nostrum apud te Patronum eligere dignatus es, præsta quæsumus, ut quidquid mali peccatorum nostrorum turpitudine, dicto, facto, & cogitatione promeruimus, aut scienter vel ignoranter com-

commiſimus, ejus pia interceſſione, ab omnium inimicorum adverſitatibus, ac triſtitia mentis & corporis liberari mereamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Alia Oratio.

DEUS caſtarum mentium & corporum summa pulchritudo, omnisque scientiæ fons & origo, concede misericors ut S. JOANNIS CANTII Doctoris, qui Tuæ Majeſtati caſta mente & corpore placuit, ac ſacræ doctrinæ famulatus eſt obsequiô, Ejus suffragante patrocinio pura Tibi mente & corpore serviamus, & cibô Cæleſtis doctrinæ paſti, in vitam nutriamur æternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

M Y M N U S
DE EODEM
S. JOANNE CANTIO.

Inclytum Regni Columen Poloni.
Magne Doctorum Pater Alme Canti,
Lechicos inter radians Patronos,
Posce Tonantem.
Solis ùt claros rotat orbis ignes,
Sic micat noſtro Tua Lux in Orbe;
Noctis ùt princeps superat minores,
Cynthia flammas.

Gran-

Grande virtutum teneris ab annis
Te jubar cinxit, niveique dotes
Pectoris, devotaque mens profundo
Numine mersa.

Regiæ Magni Jagellonis Aulæ,
Diva quam Pallas Cracidos beatis
Incolit tectis, Lapis Angularis
Atque Columna es.

Te Sophûm Mitræ, viridesque laurus,
Quas Tuæ frontis nive consecrâsti
Prædicant unum; Tibi de Tuoque
Munere vivunt.

Terna Te laurus, triplici coronans
Fronde; mortali positum sub umbra
Jam perennantis beat (ùt sitisti)
Pignore laudis.

Arte Cœlesti probitatis in Te
Norma formata est, voluitque pingi
In Tuo primùm speculo, Togatæ
Regula vitæ.

Asperi carnem domuere cultus:
Cor Tibi flammis amor ussit ingens
Divitis prædæ data vestis instar
Cessit & esca.

Sæpiùs vestes tulit indigentum
Nuditas, quæ cor Tibi lancinabat:
Quô tegis nudum, Tibi Christus ipse
Reddit amictum.

Vir-

Virginum Virgo Tibi destinatum
Contulit vitæ decus innocentis,
Dum Tibi casta posuit virentem
Fronte coronam.

Addidit pennas Tibi vis amoris,
Ad viam Sacri properans Sepulchri;
Æstuans longè positas salutis
Curris ad undas.

Dulcis est visus Tibi sudor omnis,
Arctiùs qui Te Superis ligabat;
Viluit Mundi comitata multo
Felle voluptas.

Noctium Sacras vigilesque curas
Flammeus cordis superabat ardor:
Tanta de Cœlo Tibi gratiarum
Copia fluxit.

Hinc Tibi sensus humiles, placentque
Ima, contemptus, tumidusque sæcli
Vincitur fastus, pede mortis atra
Colla premente.

Bethleem dum Sol oritur Tenellus,
Occidis Sidus Lechiæ coruscum,
Fasciis carum tenuit JOANNEM
Te, DEUS Infans.

Sic vetus transit rigor in beatæ
Gaudium vitæ, grave sed relictis
Vulnus hæsisset, nisì sacra nobis
Busta dedisses.

Mira

Mira quêis grati data vis odoris,
Et ſolum latè reficit Polumque,
Ad Tuos dum tot Cineres ſtupenda
Computat acta.

Vota quot plebis pia tot fatentur,
Luxque cis Sacrum Tumulum perennis,
Quàm preces semper venias petentûm
Pronus ad omnes.

Ergo Lechæi Diadema Regni,
Protege & summos Pater Alme Fasces:
Regia, nam Te posuit Patronum,
Numen in Urbe.

Vindices iras Solii tremendi,
Tolle placando; dabit hoc petenti
Summa Majeſtas, redeatque Cœlô
Pax bona per Te.

Cracii Muſis faveas Lycæi,
Magnus in Regno Lechiæ Patronus:
In Tuo Natos gremio Parentum
Optime serva.

Mentium lumen, Sapientiæque,
Impetra nobis jubar, ut beato,
Lucis æternæ potiamur omnes,
Te Duce, Regnô.

℣. Ora pro nobis S. JOANNES CANTI,
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti

ORE-

OREMUS.

O Præclarum & ingens exemplar veræ humilitatis, & summe contemptor mundi vanitatis S. JOANNES CANTI, Doctor pacis & tranquillitatis Christianæ, auctor misericordiæ & condolentiæ super miseria proximi, oro Te per ista dona, quæ Tibi sunt à DEO concessa, ut intercedas pro nobis in istis vitæ periculis constitutis, ut in castitate atque humilitate, amoreque DEI & proximi viventes, recta conscientia & exemplo sanctæ vitæ, aliis præluceamus, ac Domini Nostri JESU Christi, per solius meritum & gratiam promissionibûs digni efficiamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OFFICIUM PARVUM
DE
S. JOANNE CANTIO
AD
MATUTINUM.

℣. Domine labia mea aperies.
℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.
℣. DEUS in adjutorium meum intende.
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.
℟. Sicut erat in principio & nunc. &c.

HYM-

HYMNUS

Venite Patres luminum,
Canatis ut præconia,
Laudetis unà CANTIUM,
Oris suavi gratia:
Uni DEO sit gloria,
Virtus, honor, laudatio,
Per quem manet Cracovia
Felix, JOANNE CANTIO.

℣. Ora pro nobis S. JOANNES CANTI.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Domine DEUS noster, qui speciali gratia Sanctos eligis: da nobis quæsumus, per munus tuæ gratiæ, S. JOANNI CANTIO Doctori singulariter & affatim tributæ, ut in ipso te laudemus, vitamque illius imitantes, ejus in omnibus intercessionem ante conspectum tuum referamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AD PRIMAM.

℣. DEUS in adjutorium meum intende.
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui S.
℟. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

HYMNUS.

Hunc Mater Universitas
Lauris coronat Filium,
Hoc summa vitæ sanctitas
Cœlo reponit Lilium.
Uni Deo sit gloria,
Virtus, honor, laudatio,
Per quem manet Cracovia
Felix, Jonne Cantio.

Versus & Oratio, ut supra.

AD TERTIAM.

℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui S.
℟. Sicut erat in principio &c.

HYMNUS.

Hinc Matris inter ubera,
Nectar salutis concipit,
Hinc Filii inter Vulnera,
Cœleste Manna percipit.
Uni Deo sit gloria,
Virtus, honor, laudatio,
Per quem manet Cracovia
Felix, Joanne Cantio.

Versus & Oratio, ut supra.

AD SEXTAM.

℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Do-

℟. Domine ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri & Filio, &c.

HYMNUS.

Effracta testæ pristinæ
Dat vasa Plastes Optimus;
Ne fallat aurum sarcinæ
Reddit libens prædonibus.
Uni DEO sit gloria,
Virtus, honor, laudatio,
Per quem manet Cracovia
Felix, JOANNE CANTIO.

Versus & Oratio, ùt supra.

AD NONAM

℣. DEUS in adjutorium meum intende.
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri & Filio, &c.

HYMNUS.

Ignitus alter Helias
Oris prophetiæ sui
Obtemperantes flammulas
Habet, pioque nutui.
Uni DEO sit gloria,
Virtus, honor, laudatio,
Per quem manet Cracovia
Felix, JOANNE CANTIO.

Versus, & Oratio, ùt supra.

AD VESPERAS.

℣. Deus in adjutorium meum intende:
℟. Domine ad adjuvandum me festina:
℣. Gloria Patri & Filio, &c.

HYMNUS.

Quà Pauperem nudum tegit
Vestem reportat cælitùs;
Fugat superbos, & regit
Demissione Spiritûs.
Uni Deo sit gloria,
Virtus, honor, laudatio,
Per quem manet Cracovia
Felix, Joanne Cantio.

Versus, & Oratio, ut supra.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos Deus salutaris noster:
℟. Et averte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adjutorium meum intende:
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri & Filio, &c.

HYMNUS.

Mortisque, vitæque Arbiter
Orationibûs suis
Ægris salutem largiter
Vitam refundit mortuis.
Uni Deo sit gloria,
Virtus, honor, laudatio,

Per

Per quem manet Cracovia
Felix, JOANNE CANTIO.

Versus & Oratio, ùt supra.

Commendatio.

Ergo Poloni Nominis
CANTI decus clarissimum,
Iram Supremi Numinis
Placans: dato, quod optimum.
Malum, quod instat reprime,
Vires repellens hostium,
Istis diebûs exprime
Te Patriæ Patrem pium.

ORATIO

Ad Sanctam ANNAM.

Sancta ANNA MARIÆ DEI Matris Mater Avia mei JESU, per illum quo te DEUS JESUS & MARIA Filia Tua dulcissima honoravit amorem & honorem, ora pro me, ut ita Te colam, ita me morti meæ parem, ut experiar id, quod moriens quidam Cliens tuus à MARIA Filia Tua audivit: *Ego Soror tua sum, nos infernum, ne illum intres, occludemus, quia Matrem meam honorâsti semper.* O JESU! o MARIA! audite deprecantem pro me S. Matrem ANNAM, nunc & in hora mortis meæ Amen. 3. *Ave MARIA. &c.*

AD

RESPONSORIUM.

DE S. PHILIPPO NERIO,

AD IMPLORANDUM EIUS AUXILIUM.

Si prodigia quæris, habes,
Dum in corde non sit labes;
Ad Philippum mens devota
Fundat preces, & pia vota.
Ipse corporis languores,
Morbos pellit & dolores,
Imperatque Mari & Ventis,
Tutor est Romanæ Gentis.
Curas animi molestas
Sedat; aëris tempestas,
Ignis; grando, si bacchantur,
Ejus ope dissipantur.
Ipse corporis &c.
Terræ motus sunt repressi,
Liberantur & obsessi,
Quosque premit sæva inopia
Victûs, æris juvat copiâ.
Ipse corporis languores &c.
Eo precante vitâ functi,
Vitæ redeunt conjuncti,
Salutarem monstrat viam,
Quæ perducit ad Mariam.
Ipse corporis languores &c.
O Philippe spes Salutis,
Omnis speculum virtutis,

Ut

Ut fruamur intercede
Tandem Cœlica mercede.
Ipse corporis languores, &c.
Trino, ac Uni DEO sit Gloria,
Cùm recolitur memoria,
(Sancte Pater) mirabilium,
Quæ fecisti, fer auxilium. Amen.

ANTIPHONA.

Hic est, qui contemnens Mundum, adeptus est gloriam in conversatione Gentium, & fecit miribilia in vita sua.

℣. Ora pro nobis Sancte Pater PHILIPPE,
℟. Ut digni efficiamur &c.

OREMUS.

DEUS, qui Beatum PHILIPPUM Confessorem Tuum igne Divini Amoris ad animarum salutem accensum, miris gratiæ Tuæ donis decorasti: concede propitius, ut toto corde contriti, ejus intercessione ab imminentibus animæ & corporis periculis liberemur, & ad vitam pervenire mereamur æternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORATIO

Ad S. Valentinum Presbyterum Sæcularem.

DEUS, qui S. tuo Martyri Valentino, dedisti virtutem curandi morbos in-

curabiles; Quique Cerimonem dorso in arcum incurvato & usque ad genua inclinato, contractis brachiîs & cruribûs, præ dolore gementem, precibûs ejus misericorditer, sanasti: Te supplices exoramus, ut ab infirmitate quæ nos à recto retrahit liberemur; & meritis, tui Martyris Valentini, à morbo corporis & animæ salvemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

RESPONSORIUM DE S. CAJETANO.

Si quæris Beneficia
Quæ Cajetanus depluit?
Morbos, dolores, vulnera,
Miranda curat manus.
Aræque flore & oleo,
Procellæ, mors & dæmones
Fugantur atque pristinæ
Menti redit insanus.
Si quidpiam amiseris,
Vel premeris inopiâ,
Confide & opem postula,
Nec labor erit vanus.
Aræque flore &c.
Gloria Patri &c. Aræque flore &c.

℣. Ora pro nobis S. Pater CAJETANE.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Chr.

ORE-

OREMUS.

Deus, qui B. Cajetano Apostolicam vivendi formam imitari tribuisti, da nobis ejus exemplo & intercessione in Te semper confidere & sola Cœlestia desiderare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

RESPONSORIUM DE S. ANDREA AVELLINO

Ad acquirendum ejus Patrocinium contra Apoplecticum morbum & in ultimio mortis Agone.

Si quæris mirabilia
Quæ manu Andreas prodiga
Dispensat? si Apoplectica
Nescire vis pericula?
Procumbe ad Aram, invoca
Andreæ Nomen, oleo,
Flore, vel effigie
Munire, opemque suscipe.
Si vis agonem ultimum
Ritè solutus crimine,
Cibo refectus mystico,
Et Unctus Oleô vincere?
Procumbe ad Aram, invoca &c.
Gloria Patri & Filio &c.
Procumbe &c.

3. Pater. 3. Ave. 3. Gloria.

¥.

℣. Per intercessionem Sancti ANDREÆ Avellini Apoplectico morbô correpti.

℟. A subitanea & improvisa morte libera nos Domine.

OREMUS.

DEUS, qui B. Andream Avellinum de Altaris ministerio in sempiternæ Gloriæ tuæ Sanctuarium per Apoplecticum morbum piissimè suscepisti, da nobis, ut ejus meritis & intercessione ab ejusdem morbi periculo liberati, & sacris mysteriis præmuniti, in æterna Sanctorum tuorum tabernacula recipi feliciter mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORDO

Ministrandi Sacramentum Pœnitententiæ.

Ex Monitis S. CAROLI Borromæi *ad Confessarios; editis Bassani.* 1770. Excerptus.

Confessarius, superpelliceô & stolâ violacei coloris indutus, priùs genuflexus orat, ut tanto possit ministerio satisfacere; tum has quoque adhibet pro opportunitate. Preces.

℣. *Cor mundum crea in me DEUS.*

℟. *Et spiritum rectum innova in visceribus meis.*

℣.

℣. *Ne projicias me à facie tua.*
℟. *Et spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.*
℣. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.*
℟. *Et spiritu principali confirma me.*
℣. *Docebo iniquos vias tuas.*
℟. *Et impii ad te convertentur.*
℣. *Libera me de sangvinibus, Deus Deus salutis meæ.*
℟. *Et exultabit lingva mea justitiam tuam.*

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut dignè possim tibi gratias agere; qui me indignum, propter magnam tuam misericordiam, ministrum fecisti officii sacerdotalis: & me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad orandum & intercedendum ad Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum pro peccatoribus, & ad pænitentiam revertentibus: ideoque Dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed ut convertantur & vivant, suscipe orationem meam, quam fundo pro famulis & famulabus tuis, qui ad pænitentiam venerunt, ut des illis spiritum compunctionis, quo resipiscant à diaboli laqueis, quibûs astricti tenentur

tur, ut ad te per dignam satisfactionem revertantur. Per Christum Dominum nostrum... Amen.

ALIA MAGIS CONSVETA
ORATIO.

Omnipotens & misericors Deus, qui me indignum Sacerdatalis officii ministrum fecisti, atque ad orandum & interpellandum Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, pro peccatoribus & ad pænitentiam revertentibus, Mediatorem constituisti, concede mihi propitius, B. Maria semper Virgine intercedente cum BB. Angelis Custodibus nostris & Omnibus Sanctis, tuæ Divinæ charitatis affectum; ut quæ mei sunt muneris, dignè valeam implere: ac famulis, famulabusque tuis ad pænitentiam revertentibus, spiritum veræ compunctionis largiri digneris; ut resipiscant à diaboli laqueis, quibûs adstricti tenentur, & ad te, per dignam satisfactionem & emendationem vitæ revertantur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuùm, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tum sedet in sede confeſſionali, quæ conſtituatur in loco tam aperto, ut ex omni parte conspici poſsit. Pænitens autem humili habitu, positis humi genibûs, junctîs in modum supplicis manibûs, sese ad confeſſionem parat.

Confeſsarius perquirit de illius statu (nisì aliàs notus fuerit) & interrogat, quæ à Theologis præscripta sunt; scilicet: quàm pridem sit confeſsus? an impositam pænitentiam adimpleverit? num ritè atque integerè aliàs confeſsus fuerit? num conscientiam suam, ùt debet, priùs diligenter discuſserit?

Quod si pænitens aliqua Censurâ, vel Casu Reservato sit ligatus à quo ipse non poſſit absolvere, non absolvat, nisì priùs obtenta facultate à Superiore.

Si verò Confeſsarius pro Personarum qualitate, cognoverit Pænitentem ignorare Christianæ Fidei Rudimenta, si tempus suppetat, eum breviter inſtruat de Articulis Fidei, de Præceptis Decalogi, tum Præceptis S. Matris Ecclesiæ, nec non de Oratione Dominica, Salutatione Angelica, Symbolo Apoſtolorum, immortalitate animæ, 4. noviſſimis, & aliis, ad salutem animæ, neceſſitate medii, & Præ-

cepti

cepti, sciendis. Et statim ignorantiam ejus corripiat; illumque admoneat, ut ea post modum diligentius addiscat.

Cùm ad Confessionem veniendum est, Pænitens primùm munit se signô crucis, dicens: *In Nomîne Patris ✠ & Filii & Spiritus Sancti. Amen.*

Deinde benedictionem ab eo petit hîs verbis: *Benedic Pater.* Tum Confessarius inquit: *Dominus sit in corde tuo & in labiis tuis, ut dignè & competenter confitearis omnia peccata tua.*

Deinde Pænitens dicit Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum & Decalogum, cùm ex supra explicatîs, debet.

Tum recitat Confessionem generalem usque ad verba: *Ideo precor &c.* percutitque pectus ad ea verba: *mea culpa &c. Confiteor Deo Omnipotenti, B. Mariæ semper Virgini, B. Michaeli Archangelo, B. Joanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, Omnibus Sanctis, & tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa:* quam si memoriter nescit, adjuvante suggerenteque Confessore, id præstet, & si opus est, etiam vulgari sermone.

Pecca-

Peccata sua exinde confitetur, adjuvante, quotiescunque opus est, Sacerdote, qui demum interrogat: an alia recordetur? & ejus conscientiam perfectiùs examinat, prout conditio personæ poſtulat, & ad dolorem & contritionem efficacibûs verbis inducere conatur.

Poſtremò, Pænitens accusat se de oblitis, & dicit reliquum Confeſſionis: *Ideo precor B. Mariam semper Virginem, B. Michaelem Archangelum, B. Joannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, Omnes Sanctos, & te Pater, orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.*

Deinde Pænitentiam Absolutionemque humiliter petit.

Pænitentiam Confeſsarius imponit, remedia peccatorum tradit; mox, si tunc absolvendus est, dicit primò diſtinctis verbis, ut à Pænitente audiatur, capite aperto & manibûs junctis.

Miſereatur tui Omnipotens Deus, & dimiſſis omnibûs peccatîs tuîs, perducat te ad vitam æternam. Pænitens reſpondet, *Amen.*

Deinde ſignum Crucis dextrâ formans versùs Pænitentem dicit:

Indulgentiam, abſolutionem ✠ & remiſſionem omnium peccatorum tuorum, tribuat

tibi

tibi Omnipotens & Misericors Dominus. Pœnitens respondet, *Amen.*

Deinde caput operit: manu dextra supra caput Pœnitentis elevata & extensa absolvit hac formula; & dum dicit: *In Nomine Patris &c.* Crucis signum dextrâ format versùs Pœnitentem

Dominus Noster JESUS Christus te absolvat, & ego Auctoritate ipsius, qua fungor, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis & interdicti, si quod incurristi, quantum ego possum & tu indiges.

Si Pœnitens sit *Laicus*, omittatur verbum, *suspensionis.*

Deinde ego te absolvo à peccatis tuis. In Nomine Patris ✠ & Filii & Spiritus Sancti.

Tum Sacerdos, capite aperto & manibûs junctis, dicit.

Passio Domini Nostri JESU Christi, merita Beatæ MARIÆ Virginis & Omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris & mali sustinueris, sit tibi in remissionem, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.

Pœnitens respondet. *Amen.*

Deum

Demum Confessarius dicit: *Vade in pace & ampliùs noli peccare.*

Neque omittit vitæ præcepta tradere & omnino saluti pænitentis consulere.

In Confessionibus verò frequentioribus & brevioribus, puta dum adest magna copia pænitentium, omitti potest: *Misereatur &c. Indulgentiam &c.* satis erit dicere: *Dominus Noster JESUS Christus &c.* ùt supra, usque ad illud: *Passio Domini N. J. C. &c.* exclusivè.

Urgente verò aliqua gravi necessitate, periculo mortis vg. breviter dicere poterit: *Ego te absolvo ab omnibus Censuris & peccatis. In Nomine Patris ✠ & Filii & Spiritus Sancti. Amen.*

Sed interim (inquit S. Carolus *lib. cit. pag. 34.*) abmonemus omnes seriò, ne verba ea omittant in quibus tota Absolutionis vis consistit, videlicet: *Ego te absolvo. Vide etiam post Actus Fidei, Spei &c. reliqua ad hanc Materiam pertinentia in hoc eodem Manuali mox ab initio.*

MODUS

Imponendæ Pænitentiæ.

In Pænitentia imponenda adhibebit & prudentiam & pietatem & justitiam.

Quamobrem talem imponet, qualem ab eo præstari posse judicet. Proinde aliquando, si ita expedire viderit, illum interroget, an possit, anve dubitet pænitentiam sibi injunctam peragere, alioquin eam mutabit, aut minuet.

Pœnitentiæ Genera.

Atque hæc quidem pœnitentiæ genera à Sanctis Viris, Ecclesiasticæque disciplinæ Interpretibus accepta, pro peccatorum ratione adhiberi poterunt.

Ut pænitens vestium sericarum usu, auri ornamento, conviviorum apparatu, venatione, aliquo certo tempore abstineat. Ut egentibus hominibus cibum suppeditet, ac ministret, pedes item lavet.

Ut peregrinos pro facultatum ratione hospitio excipiat.

Ut in publica domo hospitali, locove pio aliquot dies operam navet.

Ut visitet, qui in carcere sunt, eosdem consoletur, &, cùm per facultates potest, alat certo præstituto tempore.

Ut se per aliquot dies in Monasterium aliquod, aliumve semotum locum aodat, ubi pænitens vivat.

Ut

Ut aliquot diebûs carne, aut vino item abstineat.

Ut certis diebûs, præsertim Feriâ quartâ, sextâ, & Sabbatô jejunet vel etiam vescatur solum pane, & aquæ potu utatur.

Ut certo aliquo tempore non equitet.

Ut, si facultates suppetunt, certam pecuniæ, aut frumenti, aut vini quantitatem in eleemosynam pauperibus Christi consecret.

Ut genibûs flexîs, aut etiam brachiis extensis in modum crucis, certo temre & hora præfinita, ante Crucem, aliamve Sacram imaginem in Ecclesia oret.

Ut humi aliquamdiu jaceat, cubetve.

Ut flagella certis præscriptis diebûs sibi adhibeat.

Ut cilicium aliquot dies induat.

Ut religiosam aliquam peregrinationem suscipiat, sancteque conficiat.

Ut statos Psalmos Pænitentiales, aliasque pænitentiales preces piè recitet aliquot dierum spatiô.

Ut certas Ecclesias, puta stationales, vel præcipuæ devotionis, visitet. *Hæc S. Carolus. l. c.*

1. Nunquam autem imponat ejusmodi pænitentiæ genera, quæ non sunt Pænitenti & statui ejus congrua, aut in præjudicium alterius, vel in odium Sácramenti. (a)

2. Pænitens ipse non potest sibi mutare Pænitentiam á Confessario assignatam, etiamsi in melius. Nec alius Sacerdos, nisi ei de novo confiteatur. Sed tantùm Confessarius ille qui injunxit, si adhuc recordetur saltem in confuso peccatorum. Secus, & ipsi facienda est de novo Confessio. (b)

Et hæc selectiora, quæ ad praxim atque rariora excerpta aliunde, (c) hìc sufficiant; ad pleniorem autem informationem circa hoc Sacramentum studiosè, scientificè, prudenterque tractandum, remitto ad multorum aliorum librorum Lectionem. Huc enim confluat necesse est adminiculum scientiæ cujuslibet: Ascesís, Speculativæ, Moralis & Dogmaticæ Theologiæ, Iuris Canonici, Con-

(a) Clericus instructus pag. 357. (b) Idem pag. 360.
(c) Cler. instruct. pag. 361. & 345.

Conciliorum, Constitutionum, Bullarum, Casuum Reservatorum, Scripturisticæ & Patristicæ Sapientiæ mediocris saltim notitia. Hoc namque instructionis punctum dum recogito, totis artubûs contremisco, teque Candidissime Lector, quantum in Domino possum moneo; hîs, quæ dicta sunt & paulò dicendis, non esto contentus, si Conscientiæ tuæ, proximo, & Sacramenti dignitati vis satisfieri.

Ultimò moneo, si Casus perplexus in Confessione contingat, ita ut planè mente confusus nescias quid agas, etiam post petitionem à Deo luminis, eo tempore suspendas absolutionem, vel ad alium magìs peritum Confessarium pænitentem remittas, præmonitum, ne ad Communionem accedat, & locò Absolutionis, benedictionum verba super eum proferes. Nam hoc generaliter sciendum, si alicui non potest dari & deneganda est Absolutio, tunc præmonendus est, quòd non dabitur Absolutio, sed tantùm quædam preces dicentur, ne pænitens coram Astantibus diffametur. Et tunc potest dici: *Misereatur &c. Indulgentiam &c.* vel alia precatiuncula, non tamen proferatur ipsa forma.

DE

DE ABSOLUTIONE *à Censuris;*

AB EXCOMMUNICATIONE.

Si certum sit, aliquem incurrisse excommunicationem, & absolutionem debita pietate postulet, si Confessarius absolvendi potestatem habeat, eum formà à jure præscripta absolvet, his servatîs.

Primo; ut in magnis saltem criminibus excommunicationis, juret parere mandatis Ecclesiæ super eo, de quo est excommunicatus.

Deinde, ut pro offensa, aut damno parti satisfaciat, si & quatenus tenetur satisfacere, & si non potest in præsenti, promittat & caveat cautione saltem juratoria.

Postremò eum absolvet. Cujus absolutionis quamvis non sint determinata verba, hac tamen infra descripta usitata formulâ, & ratione utetur.

Sed mulierem absolvendam nunquam humeros nudare jubebit, neque absolvens verberabit.

Neque etiam virum secretò confitentem, si sit in præsentia alterius. Si verò in occulto sit, aut fortè absolutio danda sit in foro exteriori, omnia servabuntur.

Absol-

Absolvendi Ratio.

Pænitentem igitur, utroque genu flexo & manibûs simul junctis, humerisque paululùm nudatis, virgâ aut funiculis percutit, dicendo Psalmum quinquagesimum, *Miserere mei*, aut alium ex Pænitentialibus, cum *Gloria Patri &c.* Deinde dicit: *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c.* Secretò.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*
℣. *Salvum fac servum tuum.*
℟. *Deus meus sperantem in te.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Esto ei Domine, turris fortitudinis.*
℟. *A facie inimici.*
℣. *Domine exaudi orationem nostram.*
℟. *Et clamor noster ad te perveniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum Spiritu tuo.*

OREMUS.

DEUS cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constrinxit, miseratio pietatis tuæ clementer absolvat. Per Dominum nostrum &c. Amen.

In

In qua oratione mutandum est genus, prout quis mas est, vel fæmina.

Quibûs peractis, eum absolvit hac formula:

Ego absolvo te à vinculo excommunicationis, & restituo communioni Fidelium. In Nomine Patris ✠ & Filii & Spiritus Sancti.

A SUSPENSIONE ET INTERDICTO.

Si quando committatur Confessario absolutio à Suspensione, vel Interdicto, quamvis nulla sint verba consticuta, hac formula utetur:

Ego absolvo te à vinculo suspensionis, vel interdicti. In Nomine Patris ✠ & Filii & Spiritûs Sancti.

Elogium Doctrinæ S. Caroli Borromæi.

Nonnisi temerè reprehenditur Constitutio, cui Iuris communis Sanctiones, & Sancti Caroli Borromæi auctoritas patrocinantur. Bened. XIV. de Synod. lib. 11. cap. 10. n. 10. Vid. etiam P. Concina Tom. 2. Appar. ad Theol. Christ. lib. 3. de Probab. Diss. 1. cap. 10. n. 6. pag. 210.

DE

DE ASSISTENTIA
præstanda, Moribundis.

Circa aſſiſtentiam moribundis præſtandam, ſufficientem ſuppeditant doctrinam Agendæ, Ritualia, & varii in hunc finem ab eruditis & pietate ſpectatiſſimis Viris, libri conſcripti. Sinè quorum notitia & peritia, ne aude, quisquis es ô Sacerdos! tanto te muneri præcipitanter ingerere. Cûm *de manibus tuis* (inquit Scriptura) *requiret Deus Animam* moribundi. Unum moneo *ex Inſigni Theologo* Petro Collet *Inſtit. Theol. Moral. Tom. 2. pag. m. 10.* nimirum: ,, quantum peccent ſive Parentes, ,, Præceptores & ſimiles, qui pueris, ſtatim ùt rationis uſum nacti ſunt, non ,, exponunt præcipua Fidei myſteria, & ,, motiva ex quibus credi debent; (d) ,, ſive Parochi & alii quibus incumbit a- ,, nima-

(d) Porro hujusmodi *Motiva* Doctor Subtilis *quæst. 2. Prologi. §. Contra omnes istos, & ſeqq.* ad octo capita aptè reducit, quæ ſunt: *Prænuntiatio Prophetica. Scripturarum concordia. Auctoritas Scribentium. Diligentia recipientium. Rationabilitas contentorum. Irrationabilitas ſingulorum errorum. Eccleſiæ ſtabilitas. & Miraculorum claritas.* Et propter hujusmodi Motiva credibilitatis. Myſteria Fidei ſiunt evidenter moraliter credibilia, hoc eſt, evidenter digna, quòd credantur eſſe à Deo revelata, prout tradit Eccleſia Catholica. *Ex Anacl. Reiffenstuel Theol. Morali. pag. 104. n. 55.*

„ nimarum cura, si ovibus suis Fidei
„ obligationem sedulò non inculcent,
„ sicque eos exponant periculo damna-
„ tionis æternæ, quæ non nisi per expli-
„ citam Dei Remuneratoris, Trini &
„ Incarnati fidem, vitari potest. Certè
„ intimo & justo quidem, doloris sen-
„ su percelluntur Pastores, si resciant è
„ Parochianis suis unum decessisse non
„ receptô Pænitentiæ Sacramentô; &
„ tranquilli manent, dum sciunt aut
„ scire possunt, multos è suis quotidie
„ mori absque ulla Incarnationis fide:
„ horum tamen, quàm illorum, certior
„ est damnatio, cum Pænitentiæ votum,
„ vices ministri supplere possit, nihil
„ autem supplere valeat notitiam my-
„ sterii, cujus fides necessaria est neces-
„ sitate medii. Væ ergo Curatis, qui sa-
„ tis esse putant si hasce veritates è
„ suggestu vel in Catechismo aliquoties
„ annuntient, cùm constet, nec omnes
„ cuilibet instructioni interesse posse, nec
„ ea quæ palàm in genere dicuntur, à
„ rudioribus apprehendi in particulari:
„ væ Dominis, qui in pagis & oppidis
„ vix servis concedunt ut intersint Mis-
„ sæ, nec domi supplent id, quod suis
„ domesticis aliunde deest. „ Et potis-
simùm meminerint DD. Curati, si Fide-
les,

les eorum curæ commissi, ista in decursu vitæ nescient, quomodo jam jam moribundi ediscent?

MODUS

A SS. D. BENEDICTO PAPA XIV.

Annò 1747. Nonis April: Approbatus.

seu

Forma *impertiendæ Indulgentiæ Plenariæ & Benedictionis in Articulo mortis*, à Successore Benedicti XIV. Clemente XIII. per Breve Apostolicum, *concessæ* Annò 1761. Die 21. Januarii, prout habetur Tom. XVII. Bullarii Romani. Constit. XXXIV.

Pontifex Benedictus XIV. Annò 1747. Episcopis facultatem concessit, & eorum delegatis, Indulgentiam plenariam, Ægrotis, qui vel illam petierint dum sana mente & integris sensibus erant impertiri, postquam scilicet Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis Sacramenta susceperint; aut eamdem vero similiter petiissent, aut si signum aliquod doloris dederint, & postea sensus amiserint. Non verò excommunicatis & impœnitentibus; nec etiam illis, qui in evidenti peccato moriuntur.

Mo-

Modus, quo datur præfata benedictio (cùm non sit tam facilè obvius) hìc proponitur.

Sacerdos ægroti domum ingrediens dicat: *Pax huic domui & omnibus habitantibus in ea.* Et aspergat Aquâ benedictâ dicens: *Asperges me hyssopo & mundabor; lavabis me & super nivem dealbabor.* Postea dicat. *Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam. Gloria Patri &c.* Et nihil aliud dicens, repetat Antiphonam. *Asperges me &c.*

Si Ægrotus Confessionem petit, Sacerdos benignè audiat; sin verò, studeat Contritionis actum ut Ægrotus eliciat, confortetque eum ad Paradisi gloriam sperandam. Hortetur, ut totum se offerat Deo, & pro peccatorum suorum satisfactione, id quod vult Deus, ipsamque mortem acceptet. Deinde dicat:

℣. Adjutorium nostrum in Nomine Domini.
℞. Qui fecit Cœlum & terram.

Antiphona.

Ne reminiscaris Domine, delicta famuli tui (vel Ancillæ tuæ,) neque vindictam sumas de peccatis ejus. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison Pater noster. &c.

Et

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac servum tuum (vel Ancillam tuam) Domine. *Et sic deinceps.*
℟. Deus meus, sperantem in Tè.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Deus Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secùndùm multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum N. quem tibi vera Fides & Spes Christiana, commendant. Visita eum in salutari tuo, & per Unigeniti tui Passionem & mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem & veniam clementer indulge, ut ejus Anima in hora exitûs sui, te Iudicem propitiatum inveniat, & in Sangvine ejusdem Filii Tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per Eundem Dominum nostrum. &c Amen.

Tunc postquam Clericus dixerit. Confiteor Deo &c. *Sacerdos dicit.* Misereatur &c. Indulgentiam &c. Et deinde.

Domi-

Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam Misericordiam recipiat Confessionem tuam, & restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti; & ego facultate mihi ab Apostolica sede tributa, Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In Nomine Patris &c.

Per Sacrosancta humanæ Reparationis Mysteria, remittat tibi Omnipotens Deus omnes, præsentis & futuræ vitæ pœnas, Paradisi portas aperiat, & ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te Omnipotens Deus ✠ Pater, Filius, & Spiritus S. Amen.

At, si infirmus esset tam morti proximus, ut tempus non suppeteret supra dictis precibus, Sacerdos statim impertiatur ei præfatam Benedictionem.

Dominus noster Jesus Christus. &c.

ORATIO.

Recitanda post auditas Confessiones.

Domine Jesu Christe, dulcis amator & sanctificator animarum, purifica obsecro, per infusionem Sancti Spiritus cor

meum ab omni affectione & cogitatione vitiosa, & quidquid à me in meo munere, sive per negligentiam, sive per ignorantiam peccatum est, pro tua infinita pietate & misericordia supplere digneris. Commendo in tua amabilissima vulnera, omnes animas, quas ad pœnitentiam traxisti, & tuo pretiosissimo Sangvine sanctificasti; ut eas à peccatis custodias, & in amore conserves, in virtutibus in dies magis promoveas, atque ad vitam perducas æternam. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

De Dotibus Confessionis Sacramentalis.

Sexdecim *Confessionis Sacramentalis* dotes *recensentur hîs versibûs*

1. 2. 3. 4.
Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis.
5. 6. 7. 8. 9.
Atque frequens, nuda. discreta, lubens, verecunda.
10. 11. 12. 13.
Integra, secreta, lachrimabilis, accelerata.
14. 15. 16.
Fortis & accusans, & sit parere parata.

Quas sic energicè & eruditè exponit P. Renatus Carol. Billuart Ordinis Prædicatorum Tom. III. Cursûs Theologiæ Universalis *pag. m.* 596.

1. Ut

1. Ut Pænitens non revelet confitendo, nisì id, quod ad quantitatem peccati attinet.

2. Ut se Pænitens miserum & infirmum confiteatur, & non quærat excusationes in peccatis, ea imputans tentationi, marito, uxori. &c.

3. Ut scil: recta sit intentio Pænitentis, amicitiam Dei recuperandi.

4. Id est, vera & ab omni mendacio aliena.

5. Et 13. Quia Confessio est instituta pro peccatoribus. Ergo quò quis sæpius peccat, sæpiùs ea uti debet.

6. Qui enim verborum ambagibûs aut æquivocationibus intendunt occultare circumstantias necessariò confitendas, confessionem Sacrilegam & nullam faciunt.

7. Discreta, scilicet cum prudentia; erit autem discretio, si majora peccata, majore pondere confitebitur, non aliena miscendo, & propria terminis decentibûs explicando.

8. Quia actus virtutis debet esse voluntarius, & quantùm ad hoc ponitur *lubens*, vel *libens*.

9. Ut scilicet non se jactet de peccatis

tis, propter aliquam sæculi vanitatem admixtam.

10. Habes numerô sequentî 17. hìc. Et consule si poteris Billuart loc. c. *pag. m.* 584.

11. Quòd ordinariè non liceat aliter confiteri quàm secretò, præsertim peccata occulta & infamantia, aliàs enim esset contra jus naturæ, institutionem & praxim Ecclesiæ.

12. Non necessariò oculîs corporeîs, sed cordè.

13. Habes num. præced. 5.

14. Ut scil. propter verecundiam veritas non ómittatur. Hìc impingunt illæ mulierculæ dictæ vulgo Devotariæ, quæ gravia peccata confitentur Confessario extraordinario, levia ordinario.

15. Confessio, concernit judicium ex parte Sacerdotis, ex quo oportet, ut sit *accusans*, ex parte pænitentis.

16. Scil. per comparationem ad Confessarium judicem. Vid supra: *Genera Pænitentiæ.* n. 2.

Ex his tamen omnibus, solæ tres sunt necessariæ ad valorem Sacramenti, nempe *fidelitas, integritas & dolor.*

17. *Integritas* Confessionis est duplex.

Una *Materialis*, quæ tunc habetur, quando Pænitens omnia peccata mortalia, secundùm speciem & numerum prout memoriæ occurrunt confitetur, ita ut nullum eorum remaneat aperiendum.

Altera verò *Formalis*, quæ tunc est, quando pænitens omnia peccata mortalia prout memoriæ occurrunt confitetur quantum hic & nunc potest ac tenetur, licet aliquod ex necessitate aut impedimento omittatur. *Per se loquendo*, Confessio debet esse materialiter integra, ùt patet ex officio Judicis, qui non potest legitimè ferre sententiam, nisì causa probe cognità; & ex officio Medici, qui non potest bene mederi, nisì totam infirmi habitudinem cognoscat. *Per accidens tamen*, ob impotentiam physicam vel moralem, sufficit integritas formalis idque in sequentibus casibus, quorum:

Primus est: Si homo mutus, surdus, balbutientis lingvæ, vel ignoti idiomatis, non possit omnia sua peccata explicare.

Secundus: Si pænitens sit in articulo, vel periculo mortis, vel amiserit loquelam inter confitendum.

Tertius: Si pænitens fundatè timeat fra-

fractionem sigilli: sigilli enim obligatio est strictior, utpote juris naturalis.

Quartus: Si peccatum aliquod omittatur ex invincibili ignorantia, vel oblivione inculpata.

Quintus Si Confessarius timeat, ne audiendo integram confessionem inficiatur morbô lethali v. g. tempore pestis, quo casu, alii privarentur suo pastore.

Sextus Si peccatum non possit manifestari nisi manifestando complicem, cui ex manifestatione, imminet grave damnum, de quo statim.

Septimus. Si tempore pestis, naufragii, vel instantis prælii rationabiliter timetur, quòd Confessarius integras aliquorum confessiones excipiendo alios negligat, poterit plures, aliquod peccatum confitentes simul absolvere, *in forma*, locò *Te*, ponendo *Vos*.

RESPONSUM

Sacræ Pænitentiariæ Apostolicæ.

Supplicatum fuit super resolutione inferiùs descriptorum Dubiorum, quæ occasione Bullæ Sanctissimi Domini Papæ BENEDICTI XIV. incipientis = *Sacramentum Pœnitentiæ* = & alterius, hujus De-

 clara-

clarativæ, quæ incipit = *Apostolici muneris* = in quibus, subtrahitur Jurisdictio Confessariis, absolvendi personam complicem in peccato turpi contra sextum Præceptum.

Primum: Quoniam præfata Bulla = *Sacramentum Pœnitentiæ* = jam ab Annô 1741. edita fuerit & Romæ promulgata, sed in Polonia planè ignorabatur, usque dum Bulla extensiva Jubilæi Magni, quæ incipit = *Benedictus DEUS* = Annô 1750. 8vo Calendas Januarii edita ad notitiam venisset eodem Annô 1750. Dubitatur, utrum per tot Annos à tempore Publicationis Romæ ejusmodi Bullæ = *Sacramentum Pœnitentiæ* = Sacerdos planè ignorans & nil audiens de prædicta Bulla, potuerit validè absolvisse personam complicem sui peccati contra sextum Præceptum? atque, casu quô absolvisset ejusmodi complicem stante hac ignorantia planè invincibili, utrum censeri debeat validè data fuisse absolutio?

Secundum: Utrum per præfatam Bullam subtrahitur Sacerdoti Facultas absolvendî personam complicem pro omni tempore, ita; ut quamvis persona complex ejusmodi, peccati jam aliundè ritè confessa sit coram alio Sacerdote & absoluta, si accedat ad Confessarium compli-

plicem prædicti peccati v. g. pro Confessione Generali, & confiteatur hoc peccatum contra sextum Præceptum, cujus hic Confessarius erat complex, num possit validè absolvi à tali Sacerdote?

Tertium: Utrùm subtractio Facultatis absolvendi personam ejusmodi complicem per præfatam Bullam intelligi debeat respectivè ad cujusvis sexûs personam, sive sit complex masculus, sive fæmina?

Quartum: Utrum subtractio Facultatis absolvendi personam complicem prædicti peccati contra sextum Præceptum intelligi debeat respectivè ad quodlibet peccatum contra sextum Præceptum, sive tale peccatum sit consummatum sive etiam non? v. g. si tantùm sint tactus externi turpes absque copula carnali?

Quintum: Utrum vigore præfatæ Bullæ subtrahatur potestas absolvendi tali Sacerdoti respectivè ad complicem cum quo peccavit tunc, cùm adhuc in statu laicali extiterit?

Sextum: Utrum Bulla præfata intelligi debeat de subtractione facultatis absolvendi personam complicem in peccato turpi contra sextum Præceptum omnino mortali? an etiam loquitur de pec-

ca-

cato, ut potest supponi, veniali. v.g. in aliquo casu, de osculis, tactibus?

Septimum: In priore parte Bullæ = *Sacramentum Pænitentiæ* = ubi agitur de sollicitantibus Confessariis ad peccatum turpe in Confessione, vel occasione Confessionis, decernitur contra personas injustè & malitiosè deferentes ac infamantes de sollicitatione Sacerdotes innocentes, quatenus tales personæ malitiosæ, non possint absolvi extra articulum mortis à suo peccato ejusmodi infamationis à quocunque Sacerdote, quocunque Privilegio ac Indulto munito, prœterquam à Summo Pontifice pro tempore existente.

Occasione hujus puncti humillimè supplicatur, utrum Presbyteri Congregationis Missionis, qui ex Favore S. Sedis Apostolicæ habent Privilegium & Facultatem vi Instituti absolvendi ab omnibus Casibus Summo Pontifici reservatis, extra Bullam Cænæ Domini, possint absolvere extra casum mortis à præfato peccato personas injustè infamantes ac deferentes ad judicium, innocentes Sacerdotes in materia sollicitationis ad peccatum carnale occasione Confessionis?

Sacra Pænitentiaria respondendum censuit prout respondit.

Ad

Ad 1mum: *Pænitentes super præteritis Confessionibus de illo tempore, universalis, ùt præfertur, ignorantiæ prædictæ Bullæ Incipientis* = Sacramentum Pænitentiæ = *peractis, non esse inquietandos, neque ex hoc capite cogendos ad easdem iterandas, sed eosdem in sua bona fide relinquendos.*

Ad 2dum: *Prout jacet affirmativè.* Ad 3tium: *Affirmativè.* Ad 4tum: *Affirmativè.* Ad 5tum: *Affirmativè.* Ad 6tum: *Affirmativè de quolibet mortali. Negativè de tantùm certò veniali. Cavendum tamen, quod pro exemplo adducitur de osculis & tactibus, quasi hæc indiscriminatim sint venialia, id, quod est falsissimum.*

Ad 7mum: *Consulendum esse tenorem asserti Privilegii, an scilicet procedat etiam de reservandis in futurum, necnon tenorem posterioris Bullæ, an deroget cuicunque Privilegio.* Datum Romæ in S. Pænitentiaria &c. 11. Junii: 1751.

J. B. Vicecomes S. P. Regens.

Occasione Dubii secundi & Resolutionis, fuit adhuc quædam ambiguitas, circa quam duobûs Quæsitis consulebatur eadem S. Pænitentiaria, quæ ad utrumque respondit.

Primò: Utrum Sacerdos complex peccati, possit validè absolvere personam sui

peccati carnalis complicem, quæ Persona jam aliàs coram alio Sacerdote fuit ritè hoc peccatum confessa, & deinde accedat ad prædictum Sacerdotem complicem, v.g. pro Confessione Generali, & confiteatur hoc carnale peccatum, cujus hic Confessarius erat complex?

Secundò: Item, si accedat ad prædictum Confessarium complicem peccati, cum aliis peccatis, nulla facta mentione de peccato carnali, cujus hic Confessarius erat complex, utrum possit ab illo absolvi?

Et Sacra Pænitentiaria respondit:

Ad Primum: *Ex vi memoratæ Constitutionis non prohiberi quominus possit, servatis terminis ejusdem propositi dubii. Cavendum tamen semper ex Jure naturali & Divino periculum novi peccati, tam ex parte Confessarii, quàm ex parte Pænitentis.*

Ad 2dum: *Non posse, si Confessarius complex sciat vel prudenter dubitet Pænitentem complicem non fuisse de isto complicitatis peccato antea ritè confessum apud alium Confessarium & ritè ab eodem absolutum.*

Et hæc omnia pro Foro Conscientiæ tantùm & non aliter. Datum Romæ in S. Pænitentiaria. 3. 7bris A. 1751.

J. B. Vicecomes S. P. Regens.

RE-

RESPONSUM 2.

Sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ. Ad quæstionem : *An liceat, dispensatis in Quadragesima & Vigiliis ad lacticinia, in serotina collatiuncula parum casei sumere?*

Excerptum ex lib. 3. tract. 6. dub. 1. Cap. 3. Alphonsi de Ligorio.

Nuper per quendam Confessariũ supplicatus fuit SS. Pontifex Benedictus XIV. ut explicaret, an re vera liceret in serotina collatiuncula parùm casei sumere iis, qui in Quadragesima & Vigiliis sunt dispensati ad lacticinia ? Pontifex supplicationem transmisit ad S. Pænitentiariam, quæ sic rescripsit: *Sacra Pœnitentiaria optimè conscia mentis Sanctitatis suæ, ex speciali auctoritate ejusdem respondet, non licere.* Rationem afferens, quòd illud · *Iejunantes*, expressum in Bulla: *Libentissimè*, præfati Pontificis Benedicti XIV. (ubi dictum fuit, dispensatos ad carnes, vel ad lacticinia, *opus habere eo cibo, eaque uti potione, quibûs utuntur jejunantes rectè meticulosæ conscientiæ.*) intelligitur de rigorosè jejunantibus Quadragesimalî jejuniô, in quo tam carnes, quàm ova & lacticinia vetantur.

Dein-

Deinde dubium subortum fuit; an Sacra Pænitentiaria, illud: *Optimè conscia mentis &c.* dixerit ex sua interpretatione, vel ex proprio Oraculo Pontificis? Idcirco, idem Confessarius iterum Papam supplicavit, ut ipsemet mentem suam explicaret. Venit responsum (quod ego ipse Authenticum observavi & nunc apud me est) in quo sic dicitur: *Sacra Pænitentiaria de mandato SS. Domini, qui suis ipse oculis retroscriptam Epistolam dignatus est legere, respondet vera esse, & pro veris habenda, quæ constat, ab eadem Pænitentiaria fuisse rescripta. Datum Romæ in Pæn. die 23. Julii. A. 1756.*

Vide plures, in hac materia ejusdem Pontificis, Resolutiones ap. *Antoine* Tract. de *Virt. Moralibus.* Cap. 3. qu. IV. Editionis Venet. 1772. *pag. m.* 131. & 132.

PIUS AFFECTUS

Erga Sanctum Angelum Custodem.

Judicis ante Thronum qui me cum tempore sistes,
Vivere sic facias, ne mea causa ruat.
Mortis quippe timor conturbat me, horreo crimen
Sit bona, fac Custos, vitaq; morsq; mea.

MONI-

MONITA S. ANGELI CUSTODIS PRO CASTITATE.

Animam & Castitatem tuam æqualiter æstima, hæc illius thesaurus & ornamentum est; Hæc illibatè servata te Deo amabilem & Mariæ charissimum, Sanctis denique omnibus pretiosum faciet. Hac servata non de salute tantùm, sed & de laureola speciali in Cœlo, certus esto.

Beatissimam & Immaculatam Virginem tuæ puritatis Matrem elige; certas ei quotidie pro hujus tutela preces offer; nec nocte, nec die absque illius icone, aut Rosario esse velis; in qualibet tentatione aut incidentia turpi ad Eam tanquam ad asylum, cum fiducia recurre.

Confessarius tibi sit stabilis, qui te non de facie tantùm & extrinseco colore, sed maximè de interno animæ totius statu perspectum habeat. Quantò is te melius noverit, tantò efficaciora pro speciali hoc animæ thesauro intemeratè servando, media suggeret.

Desidiam, Acediam, ac omne otium, tanquam Asmodæi pulvinar, quàm studiosissimè vita; manè in lecto non pigrites, nec in eo te, *ùt porta vertitur in cardine suo*, hinc inde versa. *Multa*, for-

fortè omnia præcipua *mala*, in Juventute *docuit otiositas.*

Exempla pravorũ plurimos perdiderunt, ideo discolis & audacibus te non associa; *præstat malorum pati odium, quàm habere consortium. Fili mi! ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum, pedes enim illorum ad malum currunt. Prov:* 1.

Fæminarum consortium, ne dicam familiaritatem, imò & aspectum devita; *Mulier tactu est virus, aspectu Basiliscus.* Quantô ab ea remotior, tantò puritas tua erit tutior. Unicus aspectus Davidem, quis credidisset, fecit sceleratum; unum alloquium plurimos traxit in ruinam. *A muliere iniquitas viri. Eccl: 12.*

Gratiam hanc gratiarum maximam, ut te ab omni sordidorum peccatorum inquinamento Deus præservet, frequenter pete; gratia Dei es, quod es; scito quòd non possis esse continens, nisì Deus det. Naturæ fragilitas, tot passim pericula, Juventutis ardor, quò te præcipitem agent? nisì te manus Omnipotentis à lapsu contineat.

Hominum affectum non prensa, ita te gere, ut ab omnibus amari & æstimari merearis. Deo tamen semper præ

ho-

hominibus placere cupias; nulli blandiaris, nec aliorum blandimenta & teneros affectus admittas. Amicus esto bonorum omnium, nulli tamen familiaris.

Imitare Sanctos, qui teneriori puritatem suam affectu dilexerunt; qui pro ea conservanda fortiùs contra dæmonem & homines, ac se ipsos decertarunt; qui magìs excellentia tibi exempla reliquerunt. Horum te exemplìs stimula, ut, quod illi potuerunt, tu non negligas. Eorum te patrociniis commenda, & opem implora.

Lectiones librorum, qui sordidum aliquid in se continent ùt aversaberis plurimùm, ita pios & ad condignam Angelicæ virtutis æstimationem qui te hortantur, quotidie voluta. Nulla tibi dies effluat otiosa, qua non aliquid legas aut breviter mediteris, quod te ad horrorem omnis impuritatis accendat. Monitores hi tibi sint, imò sint Dei Nuntii, & legislatores tui, quorum ductui & consiliis te docibilem præbeas.

Mortificationi, pro ætatis ac virium tuarum mensura, tibi erit assvescendum, sinè qua facilè rebellem rationi carnem experieris. Internæ ùt minùs nocere possunt, ita tibi sint frequentiores;

spe-

spectacula publica, comœdias profanas; circumforaneorum medio in foro jocos, nuptias, saltus, societates, & multorum conventicula tibi vetita esse crede. Gaudebis minùs, sed & dolebis minùs; quoties inter hos homines eris, minor homo redibis. Videntur ibi multa, & plura ibi audiuntur, quæ tibi præstat ignorare. Faciliùs est inter paucos, quàm multos manere innocentem.

Noctu domô non facilè exeas; Serotinas illas devotiones aliis relinq; satis longa dies est pro templis invisendis. Nox noverca est innocentiæ, tenebræ verecundiam eripiunt, & facilè in ea inducunt, quæ media in luce te agere, aut pati puduisset. Tu filius esto lucis, non tenebrarum. Si morum Præfectum, aut Instructorem, vel certè ad obsequia ephebum nactus es, ab hujus latere, vel oculis non recede. Juvenis solitarius facilè seducitur.

Occasiones etiam remotas mali devitá, quem hominem aut locum puritati tuæ inimicum aliquando expertus es, eùm tu secundò non adibis; si quem pronum ad scurrilia, facundum in obscœnis fortè audiveris, eum tu amicorum & comitum tuorum catalogô expun-

punge. Præsumptionis pœna ruina est; vel hominis fragilitatem ignorat, vel innocentiæ suæ pretium non curat, qui eam periculo, quod prævidere potest, sponte immittit.

Præsentiam Dei semper præ oculis habe; videt ille te, observat omnia, quæque cogitas, loqueris, aut facis, attendit. In omni angulo, in luce pariter ac tenebris illi reverentiam exhibe; quodque te in Superioris conspectu puderet agere, minùs aude coram Deo. In ejus conspectu peccare præsumere, intolerabilis audacia est. Deus totus oculus est videt secretissima, totus auris est, audit maximè arcana. Si peccare vis, eò abi, ubi te Deus non videat.

Rubor naturalis & innata Juventuti verecundia, sit puritatis tuæ scutum; si quid casu inopinato audis, etiam dimidiatum verbulum, quod sordes & impuritatem oleat: aut si vides fortuitò aliquid, quod cum honestate minùs congruat, erubesce illicò, ac ingenuo rubore suffundere; sicque quàm hæc ab animo tuo procul esse velis, etiam tacens, contestare. Magnum verecundia Dei donum, & fida virginitatis comes, & custos est; ubi hæc in vultu vigilat, arcet impudentiam.

Sen-

Sensus tui totidem portæ sunt, per quas Innocentiæ tuæ hostes, & innocui thesauri latrones irrepere possent, hos tu arctè custodi; oculos primùm in frœno contine, ne ad ludicra, ne liberè, ne passim evagentur. *Incustoditus oculus, incustoditi cordis est nuntius.* Nihil hi, quod obscænum sit, videant, nec in meliores formas, in picturas & statuas minùs bene vestitas, imò nec in proprii, taceo alieni corporis artus nudos defigantur. Quæ oculis, eadem auribus, & par lingvæ lex esto: nullam pati etiam levissimam impuritatem.

Tactus, ùt reliquis periculosior sensus est, ita peculiari cohibendus est cura, ne ad illicita extendatur; cave non necessarium tui, & magis alieni corporis tactum; ab aliis vicissim nec faciem tangi sustineas. Si manus tua, vel aliena scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te.

Vino & cibo immodico abstine: multis vinum venenum fuit, quo per corporis artus & venas diffuso, nullis satis deflenda lachrymis interiit innocentia. Juventus aliunde fervet, si vinô ampliùs accendatur corpus, facilè inclinatur ad lasciviam. Quidquid supra naturæ necessitatem cibi aut potûs ingeritur

tur corpori, totum id in materiam libidinis convertitur. *Incrassatus, impingvatus, dilatatus, dereliquit Factorem suum & recessit à Deo salutari suo. Deut. 32.*

DAMNA QUÆ INFERT, ANIMÆ LIBIDO.

Animam, quæ est imago DEI, & naturæ Divinæ participatio, ita fœdat, ut nihil abominabilius DEO & Cœlitibus esse possit.

Beatitudinem æternam, ad quam conditi sumus, perdit; cùm ob nullum vitium plures cœlô excludantur.

Cæcitatem mentis inducit, ut vel non videat pericula salutis, in quibus versatur, vel ad cœlestia cognoscenda se non possit elevare.

Dæmonis, heu duri Tyranni! mancipatui hominem addicit; quem semel Asmodæus captivum tenet, ferè actum est de ejus salute.

Emendationis difficultatem generat; huic enim vitiò deditus, vitam citiùs, quàm inolitam consvetudinem ponet.

Favores Beatissimæ & Immaculatæ Virginis spernit; hæc etenim ùt fuit semper absque maculâ, sic has maximè sordes aversatur.

Gratiâ Dei, quæ est vita animæ, hominem spoliat, id est, thesaurum, quem homo habet pretiosissimum, eripit.

Habitum pravum, velut compedes homini injicit, ut etiam dum vellet, ægerrimè hoc se malo liberare possit.

Infernum meretur. Si enim è Juvenibus centum damnentur, nonaginta novem damnantur propter hoc vitium.

Libertatem ad alia omnia vitia aperit; sensibus fræna laxat. Cum in profundum venerit, contemnit.

Merita tam sua omnia, quæ unquam habuit homo, perdit; quin etiam Christi meritorum incapacem se reddit.

Naufagium est omnium bonorum naturæ, & gratiæ; quem, malum hoc semel corripuit, in eo omnia bona corrumpit.

Odium Dei meretur; propter nullum peccatum plures Deus inter homines punivit, quàm propter illud.

Pœnitentiam, & Finalem gratiam impedit; facit, ut sinè prævia Confessione & Communione homo moriatur.

Religiosi & Eclesiastici status assumendi facit incapacem; absit, ut hu-

ic

ic vitio addictus, se votô perpetuæ Castitatis obliget.

Salutis æternæ consequendæ desperationem, præ reliquis omnibus vitiis facilius persvadet.

Teporem, torporemque Spiritûs causat. Huic enim vitio deditis nec Oratio, nec concio, nec ulla exercitia spiritualia placent.

Vermem conscientiæ alit, qui nec lætum hominem esse sinit, & mali admissi conscium, indesinenter rodit.

Abyssus denique omnium malorum libido est. Si proinde animam tuam, quam unicam, pretiosissimam, æternam mi fili habes, salvare cupis, vitium hoc, angve omni, pejus oderis, est necesse.

DAMNA, QUÆ INFERT CORPORI LIBIDO.

Ægritudinum innumerarum fæcundissima parens est; meritò eam humani generis sepulchrum dixit, S. Chrysost.

Bestiis irrationalibus assimilat; talis homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Cerebrum per nimiam inflammationem exsiccat; plures post mortem anatomizati reperti sunt cerebro caruisse.

Debilitatem virium causat; plus turpi hoc vitiô, quàm decupla sangvinis effusione, corpori vigoris eripitur.

Elegantiam vultûs non secus ac nimius æstus florem decoquit, cui succedit pallor luridus & flaccidus.

Famæ dispendium facit. Vitium hoc suimet ipsius pudet, ideo tenebras & angulos quærit, vult latere.

Gustum in rebus spiritualibus adimit, ariditatem in precibus, langvorem ad bona opera, ingerit.

Hecticam, quæ sensim sinè sensu corpus depascitur, per frequentem sangvinis inflammationem, generat.

Ingenii aciem hebetat. Hinc vitio huic addictus, parùm in literis, vel artibus proficit.

Lue venerea, seu ùt vulgus vocat, morbô gallico fœdissimo, nec facilè curabili, corpus inficit.

Memoriam, præcipuum Juventutis ornamentum debilitat, & successivè imminuit.

Natu-

Naturam totam enervat & frangit, facitque, ut ubi, ætas modicè creverit, tota langveat & ad omnia inepta reddatur.

Oculos vehementiſſimè obtundit, & ad lippitudinem viſûſque debilitatem diſponit.

Pallorem quendam plumbeum, ſquallorem livoremque faciei inducit, qui notat ſangvinis vigorem eſse decoctum.

Rationem obſcurat, imminuit prudentiam, eſtque, juxta S. Thomam, breviſſima ad inſaniam via.

Senectutem præmaturam inducit, dum ita corpus etiam juvenile debilitat, ut vitia omnia ſenectutis experiatur.

Triſtitiæ ac melancholiæ fons eſt, tum ob conſcientiæ remorſum, tum ob ademptum ſpirituum vitalium vigorem.

Vitam denique, omnium Medicorum judiciô, abbreviat. Plures, hoc vitium, quàm gladius occidit.

Quiſquis corpori, viribus, ſanitati, talentis ſuis conſultum vult: horreat, quidquid ad libidinem viam aperit.

FINIS.

Ne isthæc columna vacaret, placuit selectam ex Officio Rakociano adjicere notitiam, ubi sic *pag. 152. Meminerit Lector devotus, concessisse Leonem X. P. M. omnibus Fidelibus Indulgentias mille dierum, dicentibus unum* Ave Maria *pro felici morte quandocunque hora auditur; quod ipsum confirmavit Paulus V.*

Proinde

Cùm sonat hora, cave, ne taceatur, Ave.

V O T U M.

Pro tuenda Immaculata Conceptione B. Virginis M.

Ego NN. spondeo, voveo, ac juro me juxta Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorii XV. Constitutiones, publicè ac privatim velle piè tenere & asserere, Beatissimam Virginem Mariam Dei Genitricem, absque originalis peccati macula conceptam esse, donec aliter à S. Sede Apostolica definitum fuerit. Sic me Deus adjuvet, & hoc sanctum Dei Evangelium.

Ex eod. Officio Rakoc. pag. 494.

O. A. M. D. G.

